



Taubmann. axiomate

approbatum semel reprobari non potest 148. 13  
quod semel placuit amplius displicere non debet 129. num. 4.

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33

L. L. 9  
M. M. 6 10



9  
255.  
257.  
SYNOPSIS

sive

BREVIS DISPOSITIO

omnium librorum & singulorum  
titulorum Pandectis Iuris Civilis comprehen-  
forum.

*Titulos praeterea è Codice Novellis & omni iu-  
re Canonico, titulis Pandectarum correspon-  
tes,*

Ex celebrioribus item titulis controversas quas-  
dam quaestiones exhibens.

*Academici Exercitii gratia SS. Ll. stu-  
diosis.*

In illustri Acad. IULIA

Ipsorum Digestorum explicationi annexa &  
proposita

à

IOHANNE Schwartzkopff/ I.V.D.



HELMÆSTADI,

Typis heredum IACOBI



VIRIS

*Ampl. mis Clar. mis Consult. mis Spectat. mis*

Dn. HENRICO Duderstadt / I. V. D. Episcopus Halberstadensis CONSILIARIO ut dignissimo, ita fidelissimo.

Dn. STEPHANO Latemacher / I. V. Lic. ejusd. dioec. MAIORI spectatissimo & meritissimo.

Dn. BERNHARDO RENECCIO, I. V. D. Equestris ejusd. dioec. status SYNDICO solertissimo.


Dn. CHRISTOPHORO Hasenbein / Statuum dioeces. Halberstad. Archi-Quæstori, & Reipub. Halberstadensis CONSULI prudentissimo.

*Fautoribus, amicis, ac compatrinis meis suspiciendis, colendis, amandis.*

S. P.



*Quidem non absq; causa rationem eorum, quæ in longiuscula hac mea à vobis absentia peracta mihi sunt, reddendam vobis esse censui: Deprensus nempe eram ysdem, quibus tota patria nostra, undoso mari, & non uno vento, etiam adhuc statur, fluctibus: nec videbam saltem nos o-  
premi clade, nos undiq; civi-  
lis*



lis huius belli flammâ circumdari, cæteraq; quotidie nobis exhiberi, quæ aliàs comitari amant bello: Verùm multa **PRIVATIS** meis ædibus clausa quotidie perferenda, rei familiaris interitus aspiciendus, & quod omnium fortassis gravius, mihi certè gravissimum, subitò mihi cærendum uxore mea suavissima, atq; hodie desideratissima, de qua absq; fuco mihi idem proferre licet, quod olim **T. Pomp. Attico** de suis: se nimirum cum ijs nunquam in gratiam rediisse, nunquam cum ijs fuisse in similitate: teste **Cornel. Nepote** in vita ejusdem. **Bea** verat illa me paucis ante obitum diebus secunda filiola: non levi certe ærumnarum mearum incitamento; quod neq; de re familiari mihi meisq; alendis quid ferè superesset, neq; eo in loco apud homines undiq; malis gravatos, meas educandi & nutriendi sese offerret occasio: Linqvenda igitur tum vel invito mihi erat nostra tellus: linqvenda libraria supellex, unicum in hisce turbis mei solatium: linqvenda mihi iucunda vestra & omnium nostrorum conversatio: Recepit vero me gremio incluta nostra **IVLIA**, quæ sicuti per multos antehac annos me liberaliter aluit, ita vel hac tempestate mihi meorumq; defensionem deesse noluit. Inprimis vero vir **Rev. Human. & Doct. Dn. M. Ioachimus Breden** Ecclesiastes ibidem sedulo & fidelissimus, socer meus venerandus, & nullo non observantia cultu mihi prosequendus, non destitit ulterius in prosequi eam humanitate & benevolentia, quam sæpius & ante hac vobis à me deprædicatam meministis.

) ( 2

Cate-

Ceterum ignarus haud eram, absentiam istam meam  
 nullomibi levamento malorum futuram: quippe quamdiu  
 animus affectibus istis (cur enim inficias eam? cum nec  
 mihi chalybs circa pectus) saucius aegrotat, nullo mari, nul-  
 la terra eum curabis, licet diu multumq; erraveris, licet  
 terram omnem & mare circumideris: Sequitur te, &  
 post equitem, peditemq; sedet (ut cum Poeta loqui-  
 tur Lips.) atra cura: Quin potius si non paria, certè haud  
 minora & hic quotidie mihi occurrunt illa, quæ bellum  
 semper tanquam umbra comitari solent, incommoda, qua-  
 lia me à vobis dimiserunt, & quæ adhuc inter medias me-  
 ditationes sensum refricant mei doloris. Presentius hu-  
 ius rei antidoton vix erit, quam ut nobis omnibus contin-  
 gat cœlitus, recti & immoti animi robur, à rectâ ratione  
 & iudicio firmatum, huiusmodi malis non depressi, certòq;  
 sibi persuasum habentis: à Deo Opt. Max immitti hæc  
 mala: pendentem esse omnem à divino ipsius consilio caus-  
 sarum seriem, ordinemq;: utilia deniq; esse quæ patimur,  
 & cum interno nostro fructu commodisq; coniuncta, licet  
 immittantur per homines interdum maximè noxios. Ni-  
 hil enim sapientius aut magis divinæ bonitati congruum,  
 quam è malo bonum elicere, & reperta in perniciem, ver-  
 tere in salutem: Demus & hic divinæ providentiæ, quod  
 Medicis in præparanda theriaca, viperam saluberrimo ef-  
 fectu admiscantibus, haud difficulter concedimus: quippe  
 quæ pharmaco huic cladium humanas quasdam noxas in-  
 temperat, sine nostra noxa, ut præclare habet Lips.

~~239~~  
241.

Inter medias istiusmodi patriæ nostræ, & heu nimum! meas calamitates, postulabant à me SS. LL. studiosi, ut ipsorum gratiâ pandectarum iuris nostri civilis explicationem compendiosam susciperem. Id licet alias ob causas, dominatas, easdemq; non leves, præsertim vero quod à libris meis omnibus aberã, nec animus tristi concussione deiectus ad minima, quævis considerata aptus videri poterat, recusare potuissim: Prævaluit tamen ardens illud quosvis, præsertim autem nostri ordinis homines iuvandi ipsorumq; commodis prospiciendi studium, cui me hæctenus summopere addiçtum fuisse si confitear, rei haud pœnitendæ, pudendæ, neq; fortassis à me (penes vos esto iudicium) alienæ, me reum, seu potius addiçtum dicerem. Quid enim eorum gratia faciendum mihi non putarem, quibus ex communi rationis & naturæ voto nos omnes natos sciebam?

Quandoquidem autem apud omnes in professo est, illi fini inventam esse Iurisprudentiam, ut leges à summa maiestate latæ dextrè explicentur, factis obvenientibus scitè accommodentur, & si quæ eorum respectu subesse videatur inæqualitas aut rigor, (quantum quidem in Icti potestate est) tollatur. Illos demum hæc omnia recte peragere posse patet, qui non tantum legum verba recitare, unius aut alterius Curie decisionem allegare, aut quæstioni alicui controversæ affirmandæ vel negandæ rationes aliquod proponere norunt: verum & vel maximè, qui antiquitatis peritia imbuti, & secundum præcepta practicæ

): ( 3

phi-

philosophia (quæ nobis ipsissima iuris nostris principia & fundamenta exhibet) actiones humanas rectè distinguere periti, ad genuinum legis promulgatæ sensum pertinere, eundemq; dextrè explicare possunt. Is enim Ictus dici meretur, qui unamquamq; materiam ex principijs suis arcessere; mentem legis inquirere, & si quæ ab interpretibus addita sunt, casibus obvenientibus cautim scit applicare, quod sane, teste Aristot. 5. Eth. c. 10. laboris & prudentiæ longè est difficilioris, quam nosse, quæ, cui corpori sanando, quomodo, & quo tempore sit adhibenda medicina. Verùm hic iis, qui solidæ alicuius cognitionis ergò animum ad Iurisprudentiam applicant, sub primo ingressu sese offert mira illa difficultas, legumq; obscuritas, quam non immeritò multos mirari quotidie videmus, præsertim cum Iurisprudentia ipsa non in rebus à sensu nostro remotis, sed in actionibus civilibus, quotidie obviis, versetur.

Equidem unicam fermè huius rei causam esse dixerim, quod licet Iurisprudentia primæ vis suis temporibus per paucis, iisdemq; haud obscuris literis, etiam tempore Ciceronis, test. eod. pro Muræna, fuerit conscripta, postmodum autem commentarijs Ictorum illis quidem doctissimis, verum nimie multitudinis, explicata, Tribonianus autem, Dorotheus, & alij, iussu Imp. Iustiniani ad id destinati, ex numerosis istiusmodi commentarijs unum quasi corpus colligere satagerent, illud, inquam, quod studiosè (quæ ipsorum non culpanda, sed gratâ potius mente

agno-



agnoscenda opera) secuti, minus tamen affecuti sint. Fieri enim non poterat, quin, cum pro ratione instituti particulas saltem ex illis Ictorum interpretationibus describerent, antecedentia autem & consequentia eorum, quæ nunc desiderantur, omitterent, imò fortassis multa quoque repeterent, multa alieno loco ponerent: multæ tandem magnæque difficultates & remoræ obicerentur, ad quas recta ratione amovendas, vel multorum acutissimorum hominum ingenia vix sufficiant. Contulerunt hac in parte certatim hoc seculo, post efflorescentes iterum literas omniaque humanitatis studia plurimi doctissimi Icti suas operas: alij quidē singulas leges ad sedes ordinarias colligendo, & iusta serie disponendo: alij totam Iurisprudentiam ad debitam methodum revocando: alij denique singularium legum mentem, titulorum & librorum coherentiam & contenta explicando.

Equidem temeritatis & iactantiae (à quibus abesse velim quàm longissimè) reus non immeritò haberer, si aut illorum ausis meos comparare, aut solus inter alios perfectam illam Iurisprudentiae cognitionem mihi attribuere non erubescerem: Metior potius cum omnibus modestè doctis, meo memet modulo, omneque perfectum abs me abesse ingenuè confiteor. Quin tamem hac in parte fungi vicecotis, alijsque ad supremè summam perfectæ illius Iurisprudentiae arcem (quam paucissimi fortassis hæctenus obtinere) viam genuinam ostendere mihi sumserim, neminem iure mihi succensurum credo. Id quod non tam hisce pa-

ged-

1244.  
gellis, quam patatitorum Clar.<sup>mi</sup> *Wesembecij*, potissimum verò ipsius textus Digestorum explicatione prestare conatus sum. Cuius rei & quomodo laboriste cesserit iudicium esto penes auditores meos.

Vobis autem viri Amplissimi, cur pagellas hasce inscribere voluerim, eius rei apud vos tanquam mihi amicissimos & coniunctissimos nullâ opus excusatione esse duco: quorum acerrimis iudicijs si illæ non improbabuntur, nullus omnino dubito, quin & alijs omnino non sint displiciturae.

Valete. Dab. Helmstadij, inter strepitus armorum, & tumultuosas Lupercorum discursiones, ferijs Bacchanal. Anno 1626.

V. V. V. V.

Amp p p p.]

Addictissimus.

IOHAN Schwartzkopff.  
I. V. D.



10 245  
Quod faustum esse jubeat, Deus Opt. Max.

*Ad*

PANDECTA-  
RUM IURIS CI-  
VILIS.

PARTEM PRIMAM,  
*Premissa ei prologomena, & singulorum titulorum cohe-  
rentiam ac Synopsin.*

SUB PRAESIDIO

*Viri Clarissimi, Consultissimi*

Dn. IOHANNIS Schwartzkopffs / I. V. D.

PUBLICE

*Pro virili respondebis*

ANDREAS Boigtender Blanckenburgensis.

Habebitur disputatio

IN NOVO IVLEO

*Ad diem Februarij*



HELMÆSTADI

Typis heredum IACOBI LUCI,

Anno clō 1ō cXXVI.



VIRIS

*Admodum Reverendis, generosâ profapiâ, præclarâ  
eruditione, & magnificâ autori-  
tate*

NOBILISSIMIS

Dn. CASPARO Brampen/ Ecclesiæ Cathedralis  
Halberstadenſis SubSeniori & Canonico.

Dn. IOHANNI GEORGIO Bisthumb von Eck-  
stadt/ Ejusdem Ecclesiæ Canonico, & ad Beatæ Ma-  
riæ Virginis ibidem Præpo-  
sito.

Dn. CHRISTOPHORO Von Hagen/ Comitatus  
Reinſteinenſis & Blanckoburgenſis Capitaneo di-  
gnissimo.

*Dn. ac promotoribus meis gra-  
tiosis.*

Nec non

*Speçtatissimo, Prudentissimo, Doctissimoq; viro*  
Dn. SIMONI Barth/ Ex-Quæſtori ditionis VVin-  
tzenburgenſis fidelissimo

*Dn. ac Fautori meo colendo*

Pagellas hæc

Submiſſæ obſervantiæ teſtimonium

Devotam mei commendationem

*Inſcribo*

*Offero*

ANDREAS Voigtelender Blanken-  
burgenſis.

Questiones controversae

Ad lib. I.

Etiam ius publicum collectum est ex iure natura & gentium.

- 2. Nulla datur equitas scripta.
- 3. Cancellarij Academiarum, qui Decanis Iurisconsultorum (idem quoq; iudicium de reliquis facultatibus) in Academiis facultatem tribuunt renunciandi Iurisconsultos, & publicam iis de iure respondendi potestatem faciendi, olim erant Episcopi diocesani. Id munus hodie ex concessione Imperatoris rectè sibi vendicant Principes politici.
- 4. Vnicum consuetudinis formale requisitum, tacitus videlicet consensus.
- 5. Doctori unico, quatumvis illustri, de consuetudine attestanti non creditur.
- 6. Princeps omnibus solutus est legibus.
- 7. Princeps tenetur ex contractu antecessoris.
- 8. Ignobilis adoptatus à patre nobili, per id nobilitatur.
- 9. Vnio prolium adoptioni non dissimilis, iure passim in Germania hodie est recepta.
- 10. Dignitate Doctóratús, aut Monachismo non solvitur patria potestas.

Ad lib. II.

- 1. Merum & mixtum Imperium de iure civili non veniunt nomine Iurisdictionis.
- 2. Quod quisq; iuris in alium, dolo, latae culpa, non etiam levi statuit, necesse est ut eodem ipse utatur.
- 3. In notoriis non est necessaria citatio.
- 4. Actionis nomen hodiè, secus ac olim, necessario non est exprimendum quod si tamen hodiè inepta nominetur actio, libellum exinde non vitari putamus.

5. In



5. In criminalibus nonnunquam idoneè fideiussoribus cave-  
tur. 6

6. Pacta neq; de iure Canonum parere actionem verius vide-  
tur. 14

7. Dispositio l. 41. de transact, non tantum in transactionibus,  
verum etiam alijs negotijs & contractibus locum habet. 15

Ad lib. III.

1. ~~Advocatus iuramento alicui adstrictus, recusans defende-  
re iniustam causam, non fit periurus.~~ 1

2. Spurij proprie nec iuris nec facti laborant infamia. 2

3. Infames hodie recte arcentur ab officio procuratorum. 2

4. Nobilitati non derogatur per officium procuratoris. 3

Ad lib. IV.

1. Merus infamiae aut alterius vexationis non est iusta resti-  
tutionis in integrum causa. 2

2. Minori contra contractum à se celebratum & iuramento  
confirmatum, non dari restitutionem in integrum, sub distincti-  
one verum. 4

F I N I S.



QVOD BENB VORTAT S. S. TRIAS.

In

Synopticam pandectarum juris civilis

Exegetin,

PROLEGOMENA

Ad quæ

*Vti & Digestorum partem primam*

*Respondebit*

ANDREAS Voigtlander Blancken-  
burgensis.

DE NATVRA ET CONSTITVTIONE  
IVRISPRVDENTIAE.



Acturi pandectarum juris civilis  
brevem quandam explicationem, & co-  
hærentiæ rationem hisce paginis ipsi ad-  
dituri, necessarium omnino duximus, ab  
ipsius Jurisprudentiæ origine, & genuinâ  
ejusdem constitutione initium capesse-  
re.

Principio itaq; generis humani, cum omnes homi-  
nes ad summum illud ciuilibs societatis, adeoq; ipsius ho-  
minis bonum, actionem videlicet secundum virtutem in  
vita perfecta, suo pte Marte, nullo cogente, tenderent,  
nullo magistratu, nullis legibus, adeoq; nulla earum in-  
terpretatione & accommodatione opus: omnia tum  
communia, nihil alienum, nihil inuidiæ aliorum exposi-  
tum, adeoq; cunctis litibus & jurgiis facilè præripieba-  
tur occasio.

Cum vero postea ab hoc innocentia tramite disce-  
derent, proq; labore desidia, pro continentia & æqui-  
tate libido reponerentur, ac homines ad summum il-  
lum finem in generali Ethica explicatum & ab ipsa ratio-  
ne

A

ne

250  
ne monstratum, vel ob naturæ humanæ nequitiam, vel ob rerum agendarum varietatem tendere huc nolebant sive non poterant, oportune inventa est civilis prudentia; Politica communi nomine appellata, quæ præscriberet singulis in Civili qualibet societate ea, quæ in bonum commune debeant dirigi, ut optimè quoad consequendum summum illud bonum se habeat totum, cujus ipsa sunt partes.

Vt itaq; suis huic civili societati, respectu tam imperantium quàm parentium constet ordo, præficit toti Reipub. caput quoddam, summam videlicet majestatem, siue illa sit penes unum in Monarchia, siue optimates in Aristocratiâ, siue populum in Democratia, eiq; demandat prudentiæ illam speciem, ἀρχὴν πολιτικὴν à Philosopho appellatam, ut nempe præsit illa toti societati civili, respiciat totum corpus Reipub. quasi ipsius navis optima gubernatrix, sedeat in puppi clavum tenens, & singulis quid agendum sit, per leges præscribat: *Leges enim sunt, quæ præmiis & pœnis propositis, civibus etiam invitis imponunt necessitatem, actiones suas ad Reipub. utilitatem, i.e. summam hominis felicitatem (illa enim cuiuscûq; Reipub. sola proposita jure esse debebat) consequendam instituendi: quâ ratione eleganter ab Imperatore vocantur virtutes armatæ. l. 1. l. 2. C. de vet. jur. enucl.*

Leges autem illæ, quia propter rerum, de quibus feruntur, contingentiam & negotiorum multitudinem omnia negotia comprehendere: imò casui comprehenso ita facile propter unius aut alterius refractariam negationem, circumstantias item non semper in omnibus sibi convenientes, accommodari non poterant: necessarium omnino erat, ex æquo & bono eas ex sententia legislatoris extendere aut restringere, factis obvenientibus prudenter accommodare, & sententiam secundum illas latam etiam contra invitos executioni mandare.

Quæ omnia cum à Majestate ipsa expediri non possint, imò neq; propter auctoritatem asservandam, utpote

te



251.  
re quæ non sinit Principem cuius negotio immisceri,  
fortassis semper debeant.

Factum videmus, ut sicuti ea quæ in particularium  
rerum, earundemq; futurarum administratione, quatenus  
videlicet de iis deliberatio instituenda, peragenda sunt;  
& nomine prudentiæ *βουλευτικής* veniunt, Senatoribus  
sunt demandata:

Ita etiam munus de præteritis negotiis recte judi-  
candi, ad illa leges latas dextrè applicandi, adeoq; leges  
ex mente legislatoris explicandi (quæ prudentiæ species  
à Philosopho *δικαστική* nominatur) ad Iurisprudentiam  
nostram, Iudices & Iurisconsultos, diverso tamen respec-  
tu, sit translatum. Sicuti ea omnia egregiè à Philoso-  
pho lib. 6. Eth. c. 8. & interpretibus ibidem explicantur.

Quæ cum ita se habeant, nullo negotio jam intelli-  
gere cuilibet datur, quis locus Iurisprudentiæ nostræ in-  
ter disciplinas, ad quam classem earundem ipsa sit referen-  
da, & per consequens, quo ordine quave methodo de-  
beat tradi.

Etenim cum non inclinet appetitum ad bonum,  
sed intellectum ad cognoscendum verum perficiat, il-  
lam ad *habitus animi* (nam de *corporis* nulla dubitandi ra-  
tio) non *morales* sed *intellectuales* referendam manifestò ob-  
vium. Ulterius cum non intendat verum propter so-  
lam cognitionem, sed operationem, eademq; operatio  
opus externum post se non relinquat, sed tantum in o-  
peratione Iurisconsulti, honesti & inhonesti discrimen  
& vis eluceat: neq; ad *habitus Speculativos*, neq; ex *practicis*  
ad *artem*, sed solam *prudentiam* referri posse & debere ne-  
gari non potest: adeoq; methodo analytica disciplina-  
rum practicarum propria tradendam.

Finem siquidem illæ habent *πρὸς* agere, qui eum sit a-  
ctionis principium, extraq; deliberationem positus. Ar-  
ist. 3. Eth. c. 3. idè à fine progrediuntur ad media, qui-  
bus finis ille obtineri, & in subiectum introduci possit,

A 2

Arist.

452.  
Arist. 7. metaph. c. 23. & Averroes ibidem in com.

Sicuti ergo in omnibus disciplinis practicis, ita etiam in Iurisprudentiæ methodicâ explicatione hæc tria erunt observanda *Finis, Subiectum, & Media.*

*Finis* Iurisprudentiæ est Iustitia, seu potius exercitium iustitiæ. Atq; ad *universalem* (cujus ut etiam particularis definitione, egregie explicat Arist. in Eth. pass. & præsert. lib. 5. Ludov. Molin. tom. 1. de I. & I. tract. 1. disput. 1.) pertinere nostram Iurisprudentiam veritati omnino congruum videtur. Iurisconsulti enim munus est, explicare leges à nomotheta in medium latis: hujus verò intentio cum omnino sit, legibus suis tales efficere cives, quales bonum commune & Reipubl. decus postulant, ad quod non solum particularis iustitiæ, sed omnium virtutum, adeoq; iustitiæ universalis exercitium requiritur: patet, quod, quousq; se extendit munus legislatoris, eò etiam pertineat munus Iurisconsulti leges interpretantis. Quod si autem de jure nostro civili sermo sit, id ad solam iustitiam *particularem* pertinere dixerim, cum ubivis id ferme agat, ut suum cuiq; tribuatur, nemo de bonis alienis externis plus auferat, quam sibi debetur &c. quæ iustitiæ particularis esse propria, nemo fortassis inficiabitur.

*Subiectum* in quod Iurisconsultus finem introducere intendit, sunt actiones hominum, seu omnia negotia quæ inter homines aguntur, non quidem quæ talia, sed quatenus civilia sunt, id est, quatenus in ijs quaeritur, quid iustum, quidve iniustum, quomodo inæqualitas quæcunq; corrigi, atq; ad iustitiam reduci possit & debeat. Restrictio enim hic, uti in practicis alijs, desumitur à fine, quemadmodum in theoreticis à modo considerandi, adeo ut omnis, quæ de subiecto instituitur, doctrina, debeat habere proportionem ad finem, unde etiam non omnia, quæ de hoc subiecto sciri possunt, sed quorum cognitio fini consequendo quicquam confert, tradi necesse est.

*Media,*

*Media, per quæ finis obtinetur, sunt duò, I. Cognitio eius quod cuiusq; est. II. Eiusdem obtinendi ratio. Primò enim docet Iurisconsultus, quid cuiusq; sit, an damnum alicui illatum: an & ex qua causa alicui quid debeatur: Deinde medium ejusdem consequendi suppeditat, sive docet, quemadmodum ablata recuperare, & quæ sibi debentur, ritè quis obtinere possit.*

*Privus medium, duo sub se comprehendit. I. ut cognitum habeas, quid cuiusq; sit in personis ratione status triplicis: Libertatis, Civitatis & familia: Non enim æqualiter de personis jus redditur, ita ut quod in hac persona justum est, id in alia fortassis sit injustissimum. II. Ut scias, quodnam cuiq; competat jus in rebus, id quod vel in dominio vel obligatione consistit. Posterius medium spectatur in actionibus. Si enim Iurisconsultus dicat, deberi tibi E. G. illud quod emisti, verus is est: si autem addat, propriâ auctoritate te id auferre à venditore, aut Rei vindicatione petere posse, oppidò tibi imponit, & nihilomagis frustraris, si id, quod tibi nec debetur, nec tuum est, in iudicio petas, quam si id, quod tibi debetur, tuumve est, tuo arbitrato extra iudicium occupes, vel incompetente actione aut modo petas.*

*De Ordine Digestorum.*

**A**tq; hic ordo resolutivus sicuti nostræ disciplinæ convenientissimus, ita in Institutionibus nostris accuratè est observatus. Postquam enim Imperator in tit. 1. lib. 1. de fine & subiecto juris pro ratione instituti satis egisset, & in tit. 2. originem mediolorum eleganter demonstrasset: statim in tit. 3. progreditur ad primum medium, & de statu quidem personarum tractat usq; ad finem libri primi,

De rebus vero sive dominio & obligatione lib. 2. 3. & tit. 5. prioribus lib. 4. Demum à tit. 6. lib. 4. usq; ad finem ejusdem, de secundo medio videlicet de actionibus



nibus siue modo consequendi, quod nostrum est, agit.

In Digestis autem accuratam huius ordinis rationem non esse habitam, ex iis quæ dicta sunt cuius ea inspicienti perspicuum esse existimo, quamvis propterea cum Pacio concludendum non sit, compositivam methodum in ijs esse observatam.

Illam enim ex primis, immediatis & notioribus principijs demonstrat affectiones de subiecto æterno & immutabili: Vbi ergo nulla talia principia, nullum tale subiectum & affectiones, ibi frustra ordinem compositivum quæris.

Resolutivum autem ordinem etiam in Digestis nostris esse verius videtur: incipiunt quippe à fine juris, videlicet iustitia: media autem explicantur in septem illis partibus, in quas Imperator in Const. Tanta. Digesta divisit, agitur n. in illis de statu personarum, de dominio, de obligationibus, & actionibus ac iudicijs, licet in verso sæpius ordine, uti videre licet apud Donel. l. Comm. r.

Verum in eo facile apud quosvis excusationem mereri possunt compositores Digestorum, utpote quibus ordo Edicti perpetui ab Imperatore in Const. Deo auctore §. 5. ipsis præscriptus, tanquam regula Lesbia imitandus, atq; ad illius normam singulorum titulorum series omnino fuit accommodanda.

Edicta Prætorum quippe antea semper annua, postea autem L. Cornelia perpetua esse iussa, temporibus D. Adriani collegerat in unum quasi corpus Salvius Iulianus, Ictus, id quod postea non tantum Edictum perpetuum fuit appellatum, verum etiam in iure dicendo, iussu Hadriani, perpetuam & immutabilem obtinuit auctoritatem: Quodq; postea Icti, Paulus, Vlpianus, & alij, commentarijs & disputationibus illustrarunt. Quales disputationes & II. interpretationes (non tantum enim ad illud edictum perpetuum, verum etiam ad alios jurisprudentiæ articulos extabant tum Ictorum commentaria, sicuti ex designatione, eorum fctis præfixa patet) cū quidem

dem

203.

dem essent in judiciis summoperè necessaria, in tantum  
autem tempore Iustiniani Imperatoris excrevissent, ut  
eorum penè duo millia librorum & tricies centena mil-  
lia versuum numerarentur, adeò ut Iurisprudèntia mole  
sua penè laborare videretur: Iussu Imp. Iustiniani ex his-  
ce vetustatis studiosissimis operibus, unum quoddam  
corpus & quasi compendium à Triboniano, Dorotheo,  
Theophilo & alijs, qui enumerantur in Constit. Tanta §.  
9. collectum & ad ordinem illius Edicti perpetui ex præ-  
scripto Imp. fuit redactum. Quorum librorum, ut & sin-  
gulorum titulorum coherencia, quomodo saltem pro-  
babiliter sese habeat, contenta item titulorum, breviter  
pro ratione instituti nostri, ut etiam respondententes tituli  
in Cod. Novell. & Iure Canon. à nobis indicabuntur, u-  
beriore omnium illorum explicationem, expositioni  
textus & ipsius materiæ reservantes.

Divisit autem Imp. hæc sua Digesta in artificiali, uti  
loquuntur, methodo, in septem partes:

Prima appellatur *τὰ πρώτα*, & comprehendit sub se  
lib. 1. 2. 3. 4.

Secunda complectitur, 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. libros.

Ad tertiam pertinet liber, 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

Ad quartam, liber 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

Ad quintam, 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

Ad sextam, 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.

Ad septimam & ultimam referuntur lib. 45. 46. 47.  
48. 49. 50.

## PARS PRIMA DIGESTORVM.

### Lib. I.

**I**n Iurisprudèntiæ explicatione meritò primum locum  
sibi vindicat (exigente ita ordine analytico) expli-  
catio FINIS, videlicet Iustitiæ: SUBIECTI I. Dist. 1. usq; ad  
8. 9. 13. ut & fontium ex quibus MEDIA sunt hausta, & in  
Remp. Romanam certis modis introducã, unde sunt  
species

*in finis.*

*De iustitia  
et iure*

2 De origine

Species Iuris nostri, Plebiscita, prudentum responsa, Praetorum edicta, II. 1. C. 17. Dist. 7. 15. 16. & seqq. Lex, Sctm, Consuetudo, III. 1. C. 14. 16, 4. C. 35. Nov. 8. c. 11. Nov. 36. 19. 29. c. 4. Nov. 115. c. 1. Nov. 54. 68. Dist. 11. 12. Ext. 1. tit. 4. VI. lib 1. tit. 4. Punci-

3 De LL. Sc.

4 De consiliis

5 De statu

6 De his quibus

7 De adopl.

8 De rei, diviso

9 De Senatoriis

10 De officio

11 Praefecti

12 Praefecti

13 Praefecti

14 Praefecti

15 Praefecti

16 Praefecti

17 Praefecti

18 Praefecti

19 Praefecti

20 Praefecti

21 Praefecti

22 Praefecti

23 Praefecti

24 Praefecti

25 Praefecti

26 Praefecti

27 Praefecti

28 Praefecti

rum Constitutiones, IV. 1. C. 14. 15. 22. 23. N. 17. 113. 114. 152. Dist. 10. Ext. 1. tit. 2. 3. VI. lib. 1. tit. 2. 3. Clement. 1. tit. 2. Media autem ipsa, quibus Ictus in introducendo fine utitur, non eo, quo fas erat, ordine propter instituti rationem hic quidem traduntur, cum prius in posterioris explicacione locis incidentibus pertractetur: ut tamen posterius minori cum difficultate ex illa confusione promanante intelligi possit, praemittitur isagogica quaedam tractatio prioris, & quidem primò juris personarum ratione status. Libertatis, Civitatis, V. Nov. 30. c. 2. Nov. 54. c. 1. Nov. 153. Ext. 4. tit. 10. Familiae, VI. VII. 8. C. 47. 48. 49. 50. 52. Ext. 4. t. 17. N. 81. 133. Secundò rerum, VIII.

Quia igitur omnis futura tractatio de secundo medio, Actionibus videlicet erat habenda, omnis autem actio legitimo modo & ratione in iudicio coram magistratu competenti sit instituenda, ideò ante omnia ipsa iudiciorum praeparatoria, praecipue vero ipsius magistratus officium & Iurisdictio explicantur, ne videlicet si fortassis incompetens a deatur, ad nihilum tota recidat actio. Singulorum magistratum Rom. officium ita explicatur, ut ordo eorum sequenti modo enarretur. Disceptant enim homines vel in Senatu IX. Nov. 62. vel apud magistratus, eosq; vel urbanos ordinarios, (nam de extraordinarijs huc non spectat agere) sicuti sunt Consules X. Praefectus praetorio XI. Nov. 8. c. 15. Praefectus urbi Nov. 70. XII. Quaestores Nov. 41. 50. 80. XIII. Praetores XIV. praefectus vigiliam XV. vel provinciales, uti sunt Procons. & Legati Extr. 1. tit. 30. VI. 1. tit. 15. XVI. Praefectus Augustalis XVII. Praesides XVIII. Procurator Caesaris vel rationalis XIX. Iuridici Alexandria XX. Quibus accedunt interdum alij, veluti ij quibus mandata est iurisdictio XXI. & magistratum Consiliarij sive assessores XXII.

2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22

Contro

LIBER SECVNDVS.

**E**T hæc quidē de eorū, apud quos litigi habētur, officio. *Jurisdictio in genere* & *ἐν τῷ ἀρχαίῳ* sumta, est potestas statuendi & statuti exequendi. Quæ duplex: Imper. & Jurisd. propriè ita dicta: *Hæc est potestas de re qualibet statuendi, jure magistratus competens: Illud est potestas statuti exequendi, & est vel merum vel mixtum, hoc in civilibus, illud in criminalibus, & sic in pœnarū irrogatione locum habet.* Jurisdictio itaq; magistratuum ne sit sine effectu, nec etiam injusta, edictis Prætorijs firmatur, quorum *primum* est de eo, qui Album Prætoris, dolo malo corruptit, *ut is populari actione in 500. solidos teneatur.* I. 3. C. 13. *Secundū* est in magistratum, qui iniquè quid in aliquem statuit: & in litigantem, qui postulando à magistratu iniquam sententiam impetravit: ut scilicet in alia simili causa eodem jure ipsi utantur. II. *Tertium* est in eum, qui jus dicenti non obtemperat, durante adhuc potestate, etiamsi quod extremum est in jurisdictione, non faciat, & hic *judicio merè pœnali* (quod ideò nec post annū nec in heredē datur) tenetur non ad id quod interest, sed *quantia res est, i. e. ad id de quo controversia est* III. *Ext. 2. tit. 14. VI. lib. 2. tit. 6. Clē. 2. tit. 4.* Præmissâ hoc modo doctrina de magistratuum jurisdictione & officio, rectâ fit transitus ad ipsa *judiciorum præparatoria*, inter quæ justo ordine primū locum obtinet: *Vt actor reum ante omnia in jus i. e. ad magistratum juris experiendi causa vocet.* IV. 2. C. 2. N. 151. *Caus. 4. q. 5.* Qui ita in jus vocatus protinus sequi debet, cum aliâs si non jerit, pro jurisdictione *judicis mul- terur; nisi aut ab eo vocatus sit, à quo ob causas in Edicto expressas non debuit* V. aut datis fidejussoribus *satisdet* *judicio sisti, cui promissioni si non steterit, etiâ ad interesse adversario tenebitur.* Istiusmodi autem satisfactio non potest fieri quibuslibet fidejussoribus, sed idoneis, & *pro rei qualitate locupletibz, exceptis personis necessarijs, quæ qualemcunq; fidejussorem dare possunt, quem si*

*Jurisdictio qd?*  
*est dicitur*  
*Jurisdictio p puerum*  
*Impetium qd?*

1. De jurisd.  
 dict.

2. Quod  
 quisq; jur.  
 in alium-  
 statuer. ut  
 ips. eodem  
 utat.

3. Si quis  
 jus dicenti  
 nō obtēp.

4. De in  
 jus vocan-  
 do.

5. Si quis in  
 jus vocat.  
 non jerit,  
 aut si  
 quis voca-  
 verit cum  
 quē ex ed.  
 non deb.

B

sciens

12  
 14, 15  
 17, 18



sciens adversarius non receperit, actione injuriarum te-  
netur. VI. In jus vocatus si nolebat sequi, obtorto collo

6. In jus vo-  
cati ut eant,  
aut satis  
cautum

poterat trahi, pœnâ constitutâ in eum, qui in jus voca-  
tum vi eximebat i. e. vel trahenti eripiebat è manibus,  
vel quoquo modo faciebat, quo minus in jus veniret, vi-

*quomodo  
cautatur  
de satisdore*

7. Ne quis  
eum qui in  
jus vocatus  
est, vi exi-  
mat.

delicet ut præster quanti erat res controversa. VII. Porro  
si quis ita in jus vocatus aut iverit, aut satisdederit,  
tunc non tantum ab eo, verum etiâ ab actore exigitur ul-  
terior satisfactio, non modo iudicio sisti, verum etiâ iudi-  
catum solvi, rem ratâ haberi. & e. id quod fit aut datis fide-  
jussoribus; aut interdum nudâ repromissione à possessore  
rerum immobilium, & Rep.; interdum juratâ promissio-  
ne, ut ab illustribus personis & ab illis qui fideijussores

*quomodo in  
noxali iudicio*

8. Qui sa-  
tis. cog.

invenire nequeunt VIII. 2. C. 27. In noxali autem iudicio  
cautio ista de iudicio sisti debet à domino præstari cum

9. Si ex  
noxali cau-  
sa agatur,  
quemad-  
modum ca-  
veatur.

hac adjectione: se exhibiturum servum, in eo, quo nunc  
est, statu, donec iudicium accipiatur ab ipso domino per  
litis contestationem IX. Hujusmodi autem satisfactio-  
ne sint inutiles, actio ex illis datur, primò: in eum, à quo

10. De eo p  
quem fact  
erit, quo  
minus quis  
in iudicio  
sistat.

is, qui cavet iudicio sisti, dolo malo, etiam sine vi (& ita  
differt h. t. à tit. 7. sup.) impeditus est, quo minus se sistat,  
quanti interest Actoris vel rei, vocatum sisti: non autem  
quanti ea res est, ut sup tit. 7. X. Secundo in ipsam qui satis-

11. Si quis  
cautionib  
in iudicio  
sistendi cau-  
sa factis nõ  
obtempe-  
raverit.

dedit, qui si iudicio sisti cautionibus non obtemperave-  
rit, committitur pœna stipulatione cõprehensa, aut, pœ-  
nâ non adjectâ, incerti conditione, ad id quod interest,  
tenetur; nisi justa sit impeditus causa, veluti: valetudine  
adversâ, tempestate, vi fluminis, bello. XI. vel si feræ in-  
ciderint in id tempus, dummodo non litigetur de re quæ  
tempore peritura est, l. 3. h. vel dilatio à iudice facta sit.

12. De feri-  
js & dila-  
tionibus &

XI. 3. C. 11. 12. Caus. 3. q. 3. de consecr. dist. 3. Ext. 2. tit. 8. 9.

diversis  
temporib.

Postquam igitur Reus juris experiundi causa acto-  
rem secutus est, actor ei debet edere (i. e. describendi vel  
legendi copiam facere) actionem, ut sciat, utrum cede-  
re, an vero contendere debeat. XIII. 2. C. 1. Ext. lib. 2. tit. 3.

13. De eded.

Contendere autem cogitur, nisi vel cedat, aut paci de

14. De pa-  
ctis.

non



non petendo. XIV. 2. C. 3. Ext. 1. tit. 31. VI. lib. 1. tit. 18. aut trans-  
actionis factæ exceptionem opponat. XV. 2. C. 4. Ext. 1. tit.  
36. aut antequam suscipiat iudicium, pacisci (gratis & su-  
per re certa) aut transigere (non gratuito, sed dato aut  
facto aliquo, super re dubiâ) malit, quàm dubium litis e-  
ventum expectare.

*is de trans-  
actionibus*

LIBER TERTIVS.

**C**um ita ad Prætoris tribunal ventum est, quisq; pro se,  
vel alius ejus nomine postulat, i. e. desiderium exponit,  
vel alterius desiderio contradicit, id quod tamen omni-  
bus concessum non est: quidam enim in totum prohiben-  
tur, ut minor XVII. annis, surdus, mutus: quidam pro ali-  
is tantum, ut: fœmina, cœcus: quidam pro quibusdam ali-  
is l. 1. §. ul. h. postulare tantum possunt, sicuti sunt, de jure in-  
fames, nisi sint restituti. I. 2. C. 6. usq. ad 12. Caus. 15. q. 2. Ext. 1.  
tit. 37. Qui vero dicantur infames, id edicto Prætoris con-  
tinetur. II. 2. C. 12. Caus. 3. q. 4. Sicuti autem postulare, ita  
etiam pro alijs procuratores (cum mandato) aut defen-  
sores (absq; mandato) esse quidam prohibentur, uti  
sunt fœmina, miles, valetudinarius perpetuus, Reip. cau-  
sa profectus. III. 2. C. 13. & seq. Dist. 18. 97 Caus. 5. q. 3. caus. 15. q. 2.  
caus. 21. q. 3. Ext. 1. tit. 38. VI. lib. 1. tit. 19. Clem. 1. tit. 10. Quæ o-  
mnia non tantum in procuratoribus privatorum, verum  
etiam universitatis alicujus, sive Syndicis, obtinēt. IV. Ext.  
lib. 1. tit. 39. Hujusmodi igitur procuratores rectè consti-  
tuti, omnia agere possunt, quæ domini ipsorum, & si quid  
impenderint, ad id consequendum paratam habent  
mandati actionem, aut si sine mandato egerint, negotio-  
rum gestorum actionem, quemadmodum alius quisvis,  
qui absentis negotia utiliter gessit. V. 2. C. 10. Omnes au-  
tem hi, qui in iudicio agunt, si calumniandi animo quid  
fecisseprehendantur, tenentur actione in factum intra  
annum in quadruplum ejus, quod calumniandi causa acce-  
perunt: post annum in simplum, licet quandoq; extra or-  
dinem

1. De postu-  
lando.

2. De his  
qui notan-  
tur infam.

3. De pro-  
curatoribus  
& defenso-  
ribus.

4. Quod  
eiusq; un.

5. De nego-  
tius gestis.

6. De ca-  
lumniant.

ordinem



**6** dinem puniantur. VI. 2. C. 50. Caus. 4. q. 6. Ext. lib. 5. tit. 2. & lib. 2. tit. 7. VI. lib. 2. tit. 4.

### LIBER QVART VS.

**I**udicio eo modo tam a personis principalibus quam accessoriis constituto, fit saepe, ut reus exceptionem iure Civ. quidem non habeat, alio tamen modo iudicium declinare possit, veluti petendo a Praetore, vel hodie a quolibet ordinario, restitutione in integrum, eius videlicet rei vel causae, pro qua in iudicium vocatus est, idque ex justo aliquo capite. I. 2. C. 19. usque ad 53. Ext. 1. tit. 41. VI. lib. 1. tit. 21. Clem. 1. tit. 11. veluti; quia metu, tali qui inconstantem virum cadit, compulsus. II. 2. C. 20. Ext. 1. tit. 40. VI. lib. 1. tit. 20. Aut dolo adversarij inductus, III. 2. C. 21. Aut minori aetate lapsus promisit. IV. 2. C. 22. & seqq. Aut capitis deminutione debitoris minima actiones suas stricto iure amisit. V. Aut quia ex necessaria (ut qui in vinculis, servitute, vel apud hostes est) vel probabili (ut Reip.) causa absens, vel adverso casu laborans, laesus est. VI. 2. C. 54. Aut quia adversarius, re vel possessione dolo malo alienata, molestum adversarium pro se subiecit. VII. 2. C. 14. usque ad 18. & 55. Ext. 1. tit. 42. Eximunt quoque iudicio se & sumtibus litigantes, si arbitris seu compromissarijs, uni vel pluribus, ut bonis viris, rem definiendam committant, qui quidem arbitrium recipere inviti non tenentur, recepto tamen eo, sententiam omnino dicere coguntur. IIX. 2. C. 56. Nov. 82. c. 11. Dist. 90. Ext. 1. tit. 43. VI. lib. 1. tit. 22. non secus ac nautae, caupones, stabularij, quod cuiusque; salvum fore receperant, restituere coguntur, data in eos in factum actione. IX.

- 1. De in integrum restitut.
- 2. De dolo malo.
- 3. De min. aet. annis.
- 4. De capite minut.
- 5. Ex quib. caus. maj.
- 6. De alie. jud. mut. ca. fact.
- 7. De rec. qui arbitr. recep.
- 8. Nautae. Caup. stab. ut recepta restituant.



dicunt





Digestorum

PARS SECUNDA

Adquam

Respondebit

RABBANVS Ellerhorst Bremensis.

LIBER QUINTVS, *constat lib. 6.*

**H**æc quidem de præparatoriis iudiciorum hætenus. Quæ omnia si fuerint expedita, aut nulla amplius ob eadem remora litigantibus timenda, statim ad disceptationem causæ pervenitur ipsam, quæ cum omnino sit ordine congruo; facta demum litis contestatione, & reliquis ad processum iudicarium spectantibus ritè ordinatis; instituenda & peragenda, hinc non immeritò ipsorum iudiciorum generalis explicatio, in primis autem quinam index dicatur competens præmittitur, omniaq; ad tractationem iudiciorum formalem spectantia, summarie explicantur. I. 3. C. 1. usq; ad 10. & à 13. usq; 27. Nov. 53. c. 3. Nov. 66. c. 1, 76. 82. 83. 86. c. 23, 96. c. 2, 123. c. 21. 22. 24. 124. *Caus.* 2. q. 1. *Caus.* 3. q. 7. 8. *Caus.* 11. per tot. *Caus.* 21. q. 5. *Ext. lib.* 1. t. 29. 31. 32. *lib.* 2. t. 1. 2. 4. 5. 6. *VL. lib.* 1. t. 14. 16. *lib.* 2. t. 1. 2. 3. *Clem. lib.* 1. t. 8. 9. *lib.* 2. t. 1. 2.

Iudicium rectè constitutū & ordinatū, sequitur illa disquisitio quomodo rei controversæ substantialia & materialia ipsa debeant in formali illo processu rectè ventilari, ut apta demum ac juri & æquitati conveniens conclusio exinde possit elici. Quæ in re Imp. in Digestis nostris fermè totus est occupatus, idq; per singula iudiciorum sive actionum genera, secundum ordinem edicti perpetui inter se disposita, in sequentibus explicat.

Iudicia itaq; sunt vel ordinaria, vel extraordinaria.

C

Ordin-

1. De iudi-  
ciis & ubi  
quis agere  
vel conve-  
niri debe-  
at.



262  
*Ordinaria* in quibus legitimus & ordinarius procedendi, cau-  
samq; definiendi modus observatur. *Extraordinaria*, quum de  
quibusdam causis extra ordinem, jure quodam singulari, ut  
plurimum cognitione vel rescripto principis extra ordi-  
nem jus dici solet. *de quibus à tit. 14. lib. 49. usq; ad finem ff. rorum.*  
*Ordinaria* sunt vel *civilia*, in quibus de causis civilibus ex do-  
minio vel obligatione, aut alia causa, præter delictum des-  
cendentibus, agitur. *Criminalia*, in quibus de delictis sive pub-  
licis sive privatis coercendis, & damno inde nobis illato re-  
sarciendo (liceat nobis ita ἐν πλάτει vocabulo criminalium  
uti) agitur. *De quibus in lib. 49. & 48.*

Potro *civilia* rursus dividuntur in *proprie civilia*, quæ  
immediatè ex jure civili descendunt; & *prætoria*, quæ Prætor  
pro sua jurisdictione in defectum civilium, emendando, sup-  
plendo, vel corrigendo jus civile l. 7. ff. de I. I. pollicetur, *de his à*  
*lib. 39. usq; ad 47.* Proprie itaq; civilia aut sunt *Realia*, in qui-  
bus res nostras petimus, aut *Personalia* in quibus ad id, quod  
nobis ex obligatione aut successione quadam debetur, agi-  
mus, *quæ posteriora à lib. 12. usq; ad 38. explicantur.*

REALIA autem, quia potiora personalibus, & proprie  
judiciorum nomine veniunt, non inmeritò primo loco, &  
quidem hac secunda Digestorum parte cum suis affinibus seu  
finitimis explicantur. Sunt igitur illa vel *universalia*, quibus u-  
niversitatem quandam rerum, veluti hereditatem, petimus;  
vel *particularia*, quæ ad singulas res petendas competunt. I. V-  
NIVERSALI illi rerum petendarum judicio, interdum via  
præparanda est per *inofficiosi querelam*, si videlicet pater ex inju-  
stâ quadam causâ, non vercalibus forte delinimentis inductus,  
liberos exheredaverit. II. 3. C. 28. 29. 30. N. 18. 15. Quâ igitur que- 2  
relâ si obtinuerit exheredatus, aut etiam nullo extante te-  
stamento, alius quidam pro herede vel possessore heredita-  
tem possideat, ad quem tamen revera jus hereditatis non  
spectat, sit locus ipsi hereditatis petitioni, quâ vel hereditas 3  
tota. III. 3. C. 31. vel aliqua saltem ejus pars, ad plures vide- 4  
tur eadem hereditate pertinente, petitur. IV. Quod judici-  
um non tantum heredibus juris civilis, verum etiam illis,  
quos

2. De inof-  
ficioso te-  
stamento.

3. De here-  
ditatis pe-  
titione.

4. Si pars  
hereditat.  
petatur.

quos Prætor ex sua jurisdictione per bonorum possessiones  
( de quibus infra suo loco ) ad hereditatem vocavit. competit. V.  
Vti etiam illis, quibus ex fideicommissio testatoris ab here-  
de instituto est restituenda hereditas. VI.

LIBER SEXTVS. 3. *cond. Tit.*

SEquuntur iudicia SINGVLARIA, quibus petuntur res  
Singularæ, siue ille sint Corporales, siue incorporales. CORPORA-  
LES siue mobiles, siue immobiles, animatæ vel inanimatæ,  
petuntur *Rei vindicatione*, quâ ad id agitur, ut quis rei contro-  
sæ dominus declaretur, eaq; ipsi a possessore, compellente  
iudicis officio, restituatur. Est verò illa duplex: *Directa*, quæ  
datur ijs, qui iure civili vel iure gentium, rei controversæ do-  
minium acquisiverunt. I. 3. C. 32. *Utilis* quæ ex æquitate præ-  
toris datur ijs, qui quidem iure civili rei controversæ domi-  
ni facti non sunt, proprietarijs tamen seu dominis omnino  
similes, ut videlicet ad exemplum dominorum rem amissam  
repetere possint: sicuti sunt bonæ fidei possessores, quib; da-  
tur *Publiciana*, prætoriam videlicet seu utilis rei vindicatio, quæ  
amissâ possessione datur ei, qui a non domino rem traditam  
ex iusta causa bonâ fide accepit, nec dum usu cepit, aduersus  
quemcunq; possessorē vel detentorem, præter verum domi-  
num. II. Itē utilis illa in rem actio, datur quoq; illis, qui in per-  
petuum conduxerunt feudum à municipibus, præstato quot-  
annis *Vestigali*, i. e. redditu vel pensione, qui ager *vestigalis*  
vel *emphyteuticus* appellatur: Hi enim licet non sint,  
nec efficiantur ullo modo domini, ad exemplum tamen do-  
minorum contra quemcunq; possorem, etiam municipes i-  
psos, habent utile illud reale iudicium. III. 4. C. 66.

LIBER SEPTIMVS. 9. *cond. Tit.*

SImiliter actionibus realibus petuntur quoq; res INCOR-  
PORALES, veluti *SERVITUTES*, eademq; vel perso-  
nales, vel reales, *Personales* sunt, quando res in servit personæ,  
*Reales*, quando res, veluti fundus, in servit rei siue fundo.  
*PERSONALES* servitutes sunt: *usufructus*, *usus*, & *habi-*  
*ratio*. *Usufructus* est jus alienis rebus utendi, fruendi, salvâ e-  
arum substantiâ. I. 3. C. 33. Qui inter varios modos, quibus  
acqui-

9. De pos-  
sessoria he-  
reditatis  
petitione.  
6. De Fidei  
commissa-  
ria heredi-  
tatis petiti-  
one.

*Res Corporales*  
*Actio Directa*  
*Utilis*

1. De rei  
vindicati-  
one.

2. De Pub-  
liciana in  
rem actio-  
ne.

3. Si ager  
vestigalis  
id est em-  
phyteutica-  
rius petat.

1. De usu-  
fructu &  
quemad-  
modū quis  
utatur, fru-  
atur.

*Incorporeales*

*Personales*

C 2

2. De usu-  
fructu ac-  
crescendo.

3. Quando  
dies usus-  
fructus le-  
gati cedit.

4. Quibus  
modus u-  
sus fructus  
vel usus a-  
mittat.

5. De usu-  
fructu ca-  
sum rerum  
quæ usu  
consumun-  
tur vel  
minuuntur.

6. Si usus  
fructus pe-  
tatur vel ad  
alium per-  
tinere ne-  
getur.

7. De ope-  
ris seruo-  
rum.

8. De usu &  
habita-  
tio-  
ne

acquiri potest, illum habet maxime insignem & difficultatis plenum, ut si fortassis multis sit legatus conjunctim, uno ex legatarijs deficiente, pars ejus reliquis collegatarijs accrescat. II. Quod usus fructus legatum illud quoq; singulare habet, quod, licet alia legata statim debeantur à morte testatoris, ut ideo legatario ante aditam ab herede hereditatem moriente, ad heredem ejus transmittatur; hujus tamen ususfructus legati dies non cedat, id est deberi incipiat, ante aditionem hereditatis ab herede factam. *Morte enim ususfructus, utpote jus personale, extinguitur, unde ad heredem omninò non, multò minus ante sui constitutionem per heredem post aditionem faciendam, transmitti poterit.* III. Neque tamen morte tantum, verum etiam aliis modis, ipsi cum usu communibus, utpote capitis deminutione maximâ & mediâ, rei mutatione, & interitu, consolidatione, cessione domino facta, non vel malè utendo ususfructus amittitur. IV. Quod si tamen rerum earum quæ usu consumuntur, quasi ususfructus fuerit constitutus, tum ex omnibus hisce finiendi modis, nulli, præter mortem & capitis deminutionem in ejusmodi usufructu locum inveniunt. V. De usufructu igitur duæ proponuntur actiones, *Confessoria*, quâ quis sibi usufructum asserit, & *Negatoria* quæ domino, qui negat rem suam alij usufructum debere, adeoq; libertatem rei suæ vindicat, datur. VI. Quæ actiones quoq; in legato *operum servorum*, usufructui valde consimili obtinent. Concessis enim operis servorum, eorum quoq; usufructus concessus intelligitur: nisi quod in eo differant, quod operæ illæ morte non amittantur, aut capitis deminutione eius cui cõcessæ sunt, aut etiam non utendo: amittantur autem seruo asucapto: cum usufructus prioribus modis omnibus amittatur, & tamen non amittatur re usucaptâ. VII. Sequuntur *usus & habitatio* quæ & ipsæ quoq; servitutes personales, & usufructus quædam pars sunt, unde eædem pro his dantur actiones: habent tamen naturâ suâ quædam singularia, tam quoad modos constituendi, quàm retinendi & amittendi. VIII. *3. C. 33.* Inter omnia autem quæ habent communia, illud facile præcipu-

cipuum est, quod is qui usufructum, aut usum habet, cave-  
te debeat, se usum boni viri arbitrato, i. e. sicuti re propria,  
& finito usufructu restitutum. IX.

LIBER OCTAVUS. 6 Tit.

**S**uccedunt servitutes **REALES**, alias servitutes simplici-  
ter appellatae, ut & actiones seu judicia pro his compe-  
tentia. Nihil autem sunt aliud, quam jus agendi habendiq;  
aliquid in fundo seu re aliena ad sui praedij utilitatem, quod  
jure communi alias agere seu habere non licet. I. 3. C. 34.  
Suntq; vel praediorum **VRBANORVM**, eorum videlicet quae ad  
habitandum proprie sunt aedificata, non solum in oppidis, ve-  
rum etiam in vicis & villis: quibus inserviunt haec servitutes  
vel amplificandis, ut servitus tigni immittendi, altius tollendi,  
altius non tollendi, projiciendi, vel ad commodiorem habitacione  
in iis faciendam, ut: servitus luminum, ne luminibus officiat,ur,  
ne prospectui officiat,ur, stidicidij avertendi, vel non averten-  
di, fluminis, protegendi, oneris ferendi, positum non haben-  
di, aut purgandis, ut servitus cloacae immittendae, foramen pro-  
luendi. II. Vel **RUSTICORVM** ad usum videlicet rusticum,  
congeredos E. G. & asservados fructus destinatum; ejus-  
modi servitutes sunt: iter, actus, via, aqueductus, aquahustus, pe-  
coris ad aquam appulsus, ius calcis coquenda, arena fodienda, creta, lapi-  
disq; eximendi, aedificandi videlicet ejus gratia, quod in fundo  
est. III. Quibus servitutibus inter se nonnulla sunt commu-  
nia, videlicet quod fundum alienatum sequantur, item quae  
tam ad acquisitionem, quam constitutionem spectant &c.  
IV. Praecipue autem, quod pro illis judicia competant, tam  
confessoria pro vindicandis servitutibus, quam negatoria  
pro libertate praedij a servitute vindicanda. V. Item quod  
confusione & rei interitu, non autem morte, aut capitis di-  
minutione pereant. VI.

LIBER NONVS. 4 Tit.

**E**thastenus quidem judicia Realia. Sequuntur quaedam fi-  
nitima ijs. quae quidem revera personalia sunt, imitan-  
tur tamen naturam realium, & affinitatem quandam cum il-  
lis habent, eo quod occasione rerum, citra expressam con-

9. usufructuarius quemadmodum cavetur.

*Servitutes reales*

1. De servitutibus.

*Praediorum urbana*

*Exempla servitutibus*

2. De servitutibus urbanorum praediorum.

*Rusticorum*

3. De servitutibus rusticorum praediorum.

4. Communia praediorum tam urbanorum quam rusticorum.

5. Si servitus vindicetur vel ad alium pertinere negetur.

6. Quomodo servitutes amittantur.



1. Siqua-  
drupes  
pauperiem  
fecissetica-  
tur.  
2. Ad L. A-  
quiliam.

3. De His  
qui dejece-  
runt vel ef-  
fuderint.  
4. De Noxa-  
libus Actio-  
nibus.

1. Finum  
regundo-  
rum.  
2. Familix  
heriscun-  
da.  
3. Commu-  
ni dividun-  
do.

ventionem aut maleficium dentur. Vt sunt PRIMO actio-  
nes illæ, quæ dantur ad noxam resarciendam, & in eo simi-  
les realibus, quod solis dominis competant, & acturo judi-  
cio noxali, detur quoq; actio ad exhibendum l. 3. ff. ad Exhib.  
Sunt autē de dāno vel sine iniuriā a quadrupede videlicet da-  
to, quod pauperies appellatur, propter quod aut ad anima-  
lis, quod noxam commisit, traditionē, aut noxæ seu damni  
æstimati præstationem agitur. I. Vel cum iniuriā illato, ob  
hominem videlicet vel quadrupedem injuriā, i. e. contra jus  
& per culpam, aut occisam, aut vulneratam. Quæ quidem  
L. Aquiliæ actio ita contra ipsum committentem ex ipsius  
facto datur. II. 3. C. 35. Ext. lib. 5. tit. 36. VI. lib. 5. tit. 8. Nec mi-  
nustamen interdum, etiam si ipse nihil perpetraverit, tamē  
contra ipsum competit actio, ut ecce, si ex cœnaculo ejus a-  
liquid dejectum, vel effusum quid sit in eum locum, quo vul-  
go iter sit, datur ei cui eā re damnum illatum, actio in factum  
contra eum tanquam inhabitatorem. III. Sic si servus in scio  
domino damnum dederit, competit damnum passio contra  
dominum servi actio, ad servum noxæ dedendum, vel da-  
mni & litis æstimatæ præstationem. IV. 3. C. 41.

LIBER DECIMVS. 4. Tit.

**S**ECUNDO sunt actiones illæ, quæ ex rerum confinio aut  
communione, præter expressam antecedentem agentium  
conventionē dantur, ad illarum rerum videlicet vindic-  
ationem & divisionem. Sicuti est actio finium regundorum,  
quæ inter confines prædiorum rusticorum datur ad hoc, ut  
limites congruā fundorum divisione aut mutuā adjudicati-  
one (catero quippe reali similis, si enim termini non rectē  
sint positi, debet pars fundi mihi restitui) & condemnatio-  
ne distinguantur l. 3. C. 39. Item familix heriscunde, cohere-  
dibus invicem de dividendis rebus hereditarijs, & persona-  
libus invicem præstationibus competens. II. 3. C. 36. 38. Com-  
muni dividundo, quæ datur de omnibus rebus ex alio præter-  
quam hereditatis titulo communibus dividendis, & perso-  
nalibus utrinq; præstationibus. III. 3. C. 37. TERTIO est actio  
ad exhibendam, quæ contra quemcunq; possessorem, imò et-  
iam



iam nudum detentatorem, ut depositarum, conduciorem, saltem facultatem exhibendi habentem, competit, ut videlicet re illam, ad cuius persecutionem agitur, exhibeat, & vendicandi apprehendendiq; facultatem auctori faciat: licet ille cum auctore vel nunquam contraxerit, aut alio modo ad tradendam rem obligatus sit. Quae & ipsa omnium plerumq; vindicationum est praeparatoria, ijsq; vel praemittitur vel cum ipsis cumulat. IV. 3 C. 47.

LIBER UNDECIMUS. §. 1. *Ad Exhibendum.*

4. Ad Exhibendum.

Exposita actionum realium naturam, nihil amplius supererat, quam rectam viam ipsarum personalium explicationem aggredi. Quia tamen multa adhuc erant, quae non quidem proprie ad reales, sed saltem per accidens pertinebant, utpote quorum intellectus maxime faciebat ad meliorem & expeditiorem illarum cognitionem, ideo Imper. ea omnia in hunc librum conijcere, & quasi appendicem ceterorum huc apponere voluit. Veluti primo, cum quilibet actor teneatur intentionem suam probare, istius autem in realibus, veluti dominij, probatio sit res admodum difficilis, ideo olim actor ad fundandam suam intentionem, & adversarium suam ipsiusmet confessione constringendum, in iure (i.e. apud magistratum, non apud iudicem datum) interrogare poterat. V. g. utrum possideret, an pro herede possideret, ex qua parte haeres esset, utrum ex testamento, an ab intestato: an quadrupes ejus sit, quae damnum dedit (id enim si negatum, postea autem probatum sit, in solidum datur actio contra negantem) Ad quas responsiones arbitrio jussu Praetoris respondendum omnino erat. In quo deinde responso vel ratione confessionis vel negationis l. 11. §. 4. b. t. fundabatur actio, interrogatoria exinde appellata: id quod tamen postea, (cum iniquum omnino sit, cogi quenquam ante iudicium contra se ipsum testimonium ferre, & auctorem instruere) non amplius frequentatum. Hodie istiusmodi interrogationes per responsiones intermedio juramento respondendorum ad propositiones faciendas post litem contestatam ad probationes tantum fiunt. I. Ita secundo occasione iudiciorum

I. De interrogationibus in iure faciendis lib. 10. &c.



lib. 10. explicatorum additur, quod compendij causa unum debeant habere judicem, eum videlicet, coram quo unū illorum institui ceptū aut etiam finitū est, utpote qui jam de omnibus instructus facilius controversiā decidere possit. II. Ita actioni L. Aquiliæ finitima est illa in factum actio, quæ datur in duplum contra illum, qui dolo malo servum filiumve fam: alienum recepisse, persuasisseve quid illi, quo illum corrumpere, aut deteriorem faceret, convictus est. III. 6. C. 2. Fit autem deterior, si suavis alterius aufugiat: qui fugitivus (quando videlicet animo nunquam redeundi recedit) aut erro (qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur & tempore in res nugatorias consumpto, serius domum redit. l. 17. §. 14. ff. adil. edict.) absq; crimine furti celari non potest, unde etiam in enim, qui quæri apud se talem prohibuit, poenale judicium datur. IV. 6. C. 1. Corruptit item servum, qui aleatorem ex eo facit. Generali enim SC. cavetur, ne quis in pecuniam ludat, aut ejus ergo sponsonem faciat, nisi in certamine pro virtute. V. 3. C. 43. Ita etiam cum ad legitimam disceptationem judicij finium regundorum opus ut agri mensore, exinde hic in genere de officio ejus adjicitur, ut scilicet si falsum modum dixisse deprehensus fuerit, dolo malo, vel lata culpâ, (nam si ex levi, aut imperite, imputet sibi qui adhibuit) teneatur actione in factum prætoriam in id quod interest. VI. Et hæc quidem hæcenus de judicijs realibus, quæ dantur de rebus humani juris, siue in hominum commercio existentibus. Quia autem non minus ad Ictum pertinet, etiã de rebus divini juris; licet illæ non sint in commercio; actionibus pro illis competentibus vide & re, præsertim cum in multis singulari utantur jure, ideo commodè subjiciuntur duo edicta de illis, quorum primum de eo qui in alienum purum locum mortuum intulit, ut aut tollat illatum, aut loci pretium præstet: & qui aliquem prohibuit inferre in locum, in quo ei jus tale erat, ut præstet quantum interest, prohibitu non esse, actione in factum: Itē ut sumptus funerum, ab herede vel bonorem possessore recipiat is qui impendit, actione funeraria. VII. 3. C. 44. Nov. 52. 115. c. 5. Ext. 3. tit.

2. De quibus rebus ad eundem judicem eat ur.

3. De servo Corrupto.

*Servus quando fit deterior*

4. De Fugitivis.

*quando servus corrumpitur*

5. De aleatoribus.

6. Si mensor falsum modum dixerit.

7. De religiosis & sumptibus funerum, & ut funus daretur licet.

9. tit. 23. VLI. lib. 3. tit. 12. Clem. lib. 3. tit. 7. Secundum, prohibito-  
rium, quo primo Prator vim fieri vetat inferenti mortuum in  
locum suum: competit igitur ad hoc, ne prohibeatur infer-  
re: cum precedens detur ad interesse, quum quis pro-  
hibitus est, & aliò inferre coactus, & sic non ad arcendam ue-  
hic, sed vindicandam injuriam: Deinde etiam prator vim  
fieri vetat illi, qui in loco suo monumentum ædificare aut  
reficere vult. Religionis enim interest monumenta extrui  
& ornari. VIII.

8. de mor-  
tuo inferē-  
do & sepul-  
chro ædi-  
ficando.

QVÆSTIONES se lectæ ex lib. V.

Contra delegatum principis, cum clausula: Remota recusa-  
zione; datum, nihilominus locum habet recusatio.

Rectè hodie etiam Ordinarius recusatur.

Clerici, nisi quoad spiritualia, injustè sese eximunt potesta-  
ti seculari.

Testamentum rescissum per inofficiosi querelam, fratre  
preterito vel exheredato, turpi verò personâ institutâ, annihi-  
latur saltem quoad institutionem, reliquis articulis salvis.

Pro successione feudali competit hereditatis petitio.

Ad lib. VI.

Rei Vindicatio alia directa, alia utilis: nulla autem domi-  
nij in directum & utile distinctio.

Et marito & uxori datur rei dotalis vindicatio.

Ad lib. VII.

Distinctio ususfructus in Causalem & formalem nulla.

In coniunctione Reali non habet locum jus accrescendi.

Cessione sola in extraneum factâ, ususfructus non amitti-  
tur.

Ad lib. VIII.

Nulla servitutis species, qua persona in serviat rei.

Ut cenari in alieno possimus, nulla realis servitus consti-  
tuiti potest.

Ad



Ad lib. IX.

*Qui casu magis quam culpā damnum dedit, excusatur a  
pœnâ L. Aquilæ.*

*Qui incendij arcendi causâ vicinas ades demolitur, ad da-  
mnum resarciendum non tenetur.*

*Domus pro salute totius viciniae diruta, communibus im-  
pensis reparari debet.*

*Conductor regulariter domino ædium de incendio non te-  
netur.*

Ad lib. X.

*Nullæ dantur revera actiones mixtæ.*

*Cognitio de homicidio in confinio duorum territoriorum  
perpetrato ad utrumq; spectat.*

*Judicium fam: Ercisc. Competit etiam bonorum possessori-  
bus & fideicommissarijs.*

Ad lib. XI.

*Responsio ad positionem libelli: Non credo prout ponitur; fa-  
cta, omninò rejicitur.*

*Schachria, quod vocant, ludo amissa, nulla actione repe-  
untur.*

*Constitutio juris Saxon: quâ nulla eius, quod in ludo prohi-  
bitio amissum & soltum est datur (contra dispositionem juris ci-  
vilis) repetitio, probabilibus nititur fundamentis.*

F I N I S.



12 271.  
*Quod faustum esse jubeat, Deus Opt. Max.*

*Ad*

PANDECTA-  
RUM IURIS CI-  
VILIS

PARTEM TERTIAM,

*Vii & subjectam singulorum titulorum Coharentiam  
& Synopsis*

SUB PRAESIDIO

*Viri Clarissimi Consultissimi*

Dn. IOHANNIS Schwartzkopffs I. V. D.

IN ILLVSTRI IVLIA

*Pro virili respondebit*

GEBHARDVS Zunft/Regio-Lothari-  
ensis.

Habebitur Disputatio

*Ad diem*

Horis matutinis.



HELMÆSTADI

Typis heredum IACOBI LUCI,

Anno clō 15 cXXVI.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or reference.

Ad

PAULI  
RUM  
VILLIS

PARTEM TERTIAM  
Cognoscere

DAVID  
Cognoscere

IN LITTERA LITTA

CERTARDE  
Cognoscere  
Habitu in Disputatio

1711  
Frischmann Jacobus L.N.C.I.  
Anno d. 1711





Digestorum  
PARS TERTIA

Adquam

Respondebit

GEBHARDVS Junff Regio-Lothariensis.

LIBER DVODECIMVS.



In ito iudiciorum *realium* tractatu, com-  
modè subsequuntur PERSONALIA, in qui-  
bus petimus quod nobis debetur ratione  
vel Contractus vel successionis delata, sive illa sit  
ex testamento sive ab intestato, quod a lib.  
28. usq. ad 38. explicatur.

CONTRACTVS; iidemq; proprij (nam  
de improprij agit lib. 23. usq. ad 28.) sunt vel principales, qui rem  
ipsam, propter quam contrahentes conveniunt, principali-  
ter primò & per se spectant, vel accessarij, qui principalium  
illorum firmandorum gratia, aut etiam eorum occasione  
accedant, oriunturve, de quibus agit lib. 20. 21. 22.

PRINCIPALES igitur nominati (de innominatis suo loco  
infra) sunt vel reales, qui non aliter nisi interventu ipsius rei  
constituuntur, vel consensuales, quos contrahentium consen-  
sus perficit.

De REALIBVS itaq; tanquam præstantioribus primo  
loco, ex quibus datur actio seu conditio, non tantum, quan-  
do conventus rei acceptione à semetipso facta, atq; ita im-  
mediatè nobis est obligatus, verum etiam si mediatè saltem,  
ex aliorum, negotia fortassis ejus gerentium, contractu te-  
neatur. Primum autem genus realium contractum immediato-  
rum, ex quibus conditio datur, est MVVVM, quo quis acci-  
piendo rem, numero, pondere aut mensura constantem,

D

i. e.

*Nominati  
Contractus Reales*

*1. De reb, o  
creditis si  
certum pec-  
tatur, & de  
conditio-  
ne.*



i. e. fungibilem, obligatur ad reddendam rem ejusdem generis & bonitatis, cujus accepit: unde conditione certi (præcipuè enim & propriè certum hic petimus) ex eo contractu utimur. I. 4. C. 1. 2. Nov. 32. 33. 34. In hujusmodi autem crediti, ut & omnium aliorum contractuum ambiguitatibus decidendis, quando videlicet creditum esse vel non esse alter probari non potest, ad juramentum interdum, cæteris paribus, pervenitur, quâ occasione arreptâ, & ut reliquarum quoq; conditionum dubitationes expediri possint, tractatio de hujusmodi juramenti commodè additur. *Juramentum* secundum Cic. 3. offic. est religiosa affirmatio: idq; (videlicet litis decisorium, de quo hic agitur) interponitur vel ob solam litis decisionem, vel ob delictum seu culpam debitoris. *Illud* est triplex: *Voluntarium*, quod ex conventionem extra judicium defertur per modum transactionis, & huc referri nequit, l. 17. b. *Judiciale*, quod pars parti defert in judicio, & huc referri potest. *Necessarium*, quod inopia probationis à judice uni litigantium imponitur. II. 4. C. 1. *Caus. 22. q. 1. 2. 4. 5. Ext. lib. 2. tit. 24. VI. lib. 2. tit. 11. Clem. lib. 2. tit. 9.* Hoc, quod debitoris coercendi causa interponitur, vocatur *in litem*, quod ex delatione indicis præstatur, causa æstimandæ ejus rei, quæ in judicium deducta est, ultra verum pretium, etiam in infinitum, ad interesse videlicet. Idq; cum demum, cum ab adversario contumaciter & dolo res vel non exhibetur vel non restituitur, aut dolo ejus factum est, quo minus exhiberi vel restitui possit. III. Conditionem ex mutuo sequuntur *conditiones ex promutuo*, seu quasi mutuo, veluti: cum datum aliquid est ob *causam aliquam honestam, quæ causa si sit secuta, cessat repetitio: si vero non subsequuta, datur ad repetendum id, quod datum est, conditio causa data, causa non secuta.* IV. 4. C. 6. Si vero quid datum sit ob *causam turpem & iniustam*, ita tamen, ut solius accipientis sit turpitude (nam si vel dantis tantum, vel dantis & accipientis simul, tum nulla repetitio) etsi causa sit secuta, tamē datur hujusmodi dati repetitio, per conditionem ob turpem vel iniustam causam. V. 4. C. 7. Sic qui *indebitum per errorem facti solvit,*

2. De jure jurando. si ve voluntario, sive nec sive judiciali.

*Juramentum*

3. De in litem jurando.

4. De cond. dist. ob caus. dati.

5. De cond. ob turp. vel injust. caus.

*Accipiens vel dantis accipiens dantis vel dantis utriusq;*





vit, ex quasi mutuo sibi obligat accipientem, ad restituendum id, quod datum est, vi *condictionis indebiti*. VI. 4. C. 5. Si autem per errorem non sit solutum, sed saltem *ex causa, quae facta solutione cesset*, aut quidem nihil solutum sit, *sine causa tamen promissum*, datur *condictio sine causa*, vel ad repetendum illud solutum, cujus causa post solutionem cessat, vel consequendam liberationem à promissione sine causa facta; quam etiam hæc condictio sua generalitate superiores ex pro-mutuo competentes conditiones includat, licet in quibusdam casibus sola locum habeat. VII. 4. C. 9.

6. De cond. indebiti.

7. De condict. sine causa.

LIBER DECIMVS TERTIVS.

**A**B hisce conductionibus diversa est *condictio furtiva*, quã ad dominus intendit, rem furto sibi ablatam, à fure vel ejus herede sibi dari oportere. I. 4. C. 8. Sunt & aliæ duæ conductiones generales, in defectum cæterarum conductionum competentes, veluti; *condictio ex lege*, quæ datur ex obligatione lege aliquã noua inductã, si lex, quo genere actionis agendum sit, non addiderit, ut in *l. extat. quod met. causa l. diffamari. C. de ing. manum. l. 2. C. de iure Emphyt. II. 4. C. 9.* Item *condictio Triticiaria*, qua præter pecuniam numeratam (illa enim æstimationem non recipit, ad quam hîc agitur) quasvis res alias, certas sive incertas, earumve æstimationem, petimus III. Atq; hujusmodi quidem conductionum sive ex mutuo sive pro mutuo descendendum natura hætenus explicata, est stricti juris: fit tamen arbitraria, si solutio à contrahentibus *in certum locum* destinata sit, debitor autem sive promissor fortassis nunquam illum locum accedat; quo casu utilis actio, *de eo quod certo loco dari oportet*, datur creditori à prætore, quã etiam alio loco petere possit debitum, non quidem simpliciter, sed cum clausula, *ut ex arbitrio iudex condemnet reum, æstimetq;*, quanti vel actoris vel rei inter sit, solutionem loco convento non esse factum. IV. 3. C. 18. Et ita pecunia jure Civili ex mutuo vel quasi mutuo condecitur. Quod si quis vero ipse quidẽ pecuniã non debeat, ab alio tamen (saltem naturaliter) debitam, vel à se vel ab alio soluturam sine

1. De cond. furtiva,

2. De cond. ex Lege.

3. De cond. Triticiar.

4. De eo quod certo loco dari oportet.

D 2 stipu-



stipulatione constituerit, datur ex æquitate Prætoris actio

5. De con-  
stituta pe-  
cunia.

*de constituta pecunia. V. 4. C. 18. Nov. 115. cap. 6.*

6. Commo-  
dati vel  
contra.

Mutuum excipit *secundus contractus realis* COMMODA-  
TUM, cum videlicet nulla mercede accepta aut constitutâ,  
res quædam utenda datur, eo animo, ut postquam usus fue-  
ris, eandem bona fide restituas. Exinde oritur actio com-  
modati directâ & contraria. VI. 4. C. 23. *Ext. lib. 3. tit. 1. Ter-*

7. Depi-  
gnoratia a  
ctio.

*rius* realium contractus est PIGNUS, res videlicet à debitore  
creditori, quo magis ei in tuto sit creditum, tradita. De  
quâ eadem, quam accepit, restituendâ, tenetur creditor a-  
*ctioe pignoratitiâ. VII. 4. C. 24. Quartam* contractuum rea-  
lium speciem, videlicet *depositum*, Imp. infra alio loco & oc-  
casione explicat.

LIBER DECIMVS QVARTVS. *TIT. 6.*

8. De exerci-  
toris acti-  
one.

ET hi sunt modi, quibus directò cum eo ipso agitur, qui  
nobiscum contraxit, sive ubi obligatio & contractus est  
ejusdem personæ; Sequuntur jam alia iudicia, ubi contra-  
ctus est unius, obligatio autem alterius, illa videlicet, quæ  
suprà diximus, dari in eum, qui quidem ipse non contraxit,  
ob alterius tamen, ipsius fortasse negotia gerentis, contra-  
ctum, contra ipsum comperunt, veluti: Si cum magistro nav-  
vis, ejusdem videlicet gubernationi *ab exercitore* præposito,  
ratione navis, aut maritimæ negotiationis contraxerim, tum  
actione exercitoria tenebitur mihi ex hoc magistri navis  
contractu, ipse navis exercitor i. e. ad quem navis quæstus  
pertinet, licet cum eo ipso non contraxerim: cum ipsius fi-  
dem in contrahendo potissimum, secutus sim I. 4. C. 25. 27.

2. De L.  
Rhod. de  
jactu.

Quod si autem navis levandæ causa jactus mercium fa-  
ctus sit, tum non exercitor solus est obligatus, sed omnes,  
quorum interfuit jacturam fieri, conferre, & id damnum,  
quod pro omnibus datum, omnes quoq; sarcire debent. Id  
quod introductum *L. Rhodia* (quâ videlicet Rhodij, quorû dis-  
ciplinâ navalē admirabilē Romani secuti, condiderunt) *de ia-*  
*ctu* II. Ita quoq; ex eo, quod cum *institore* i. e. universaliter ne-  
gotiationi qua stuaris præposito, gestum est, ratione nego-  
tiationis *terrestris*, actio datur *institoria* in ipsum dominum,  
qui



qui prapofuit. III. 4. C. 25. Atq; hæ duæ actiones contra dominum iftarum negotiationum dantur, five is liberum hominem, five *servum*, extraneos, aut etiam *servum*, *filiumve familias proprium* eis prapofuerit, cum utrobiq; eadem æquitatis ratio. Si autem *servus* aut *filius familias*, *faciente domino* aut *patre*, *peculiatem* negotiationem exercuerint, tum si quid ejus rei causa cum illis contractum fuerit, *actio tributoria* ex eo datur in dominum & patrem, ut is mercem illam *peculiatem* inter creditores distribuatur, vel etiam, ut id, quod actor, quasi *minus* ei tributum sit quæritur, præstet. IV. Diversa tamen in quibusdam est ratio *filij familias*, quam *servi*. Nam in *servi* *ipfius personam* (licet postea manumittatur *t. t. C. an. serv. pro suo fact.* ante manumissionem vero nulla cadit in eum obligatio. *l. 22. de R. I.*) nulla ex hoc capite datur actio. *Filius familias* vero omnino & obligatur & conveniri potest: Si tamen aut emancipetur, aut exheredetur, aut hereditate paterna abftineat, datur saltem contra eum actio in id, quantum *facere potest*, quæ alias contra eum, si videlicet heres patris factus esset, data fuisset in solidum. V. 4. C. 26. Ea tamen quæ de hac *filijfam* obligatione, & ex ea proveniente actione dicta sunt, notabilem patiuntur exceptionem in mutuo à *filiofam* contracto: Ex eo enim *filiusfam*, ne quidem sui juris factus (exceptis paucis casibus) conveniri non potest, propter expressam prohibitionem *S. Cti Macedon.* VI. 4. C. 28.

De insti-  
toria actio-  
one.  
4. De Tri-  
butoria a-  
ctione.

5. Quod cū  
eo, qui in  
aliena pot.  
est neg.  
gest. esse  
dicitur.

6. De S. Cti  
Macedoni-  
ano.

LIBER DECIMVS QVINTVS. III. 4.

Atq; illis modis dominus vel pater tenetur ex contractu *servi* vel *filijfam*; imò etiã *liberi hominis extranei*, quem negotiationi suæ prapofuit, aut si *servū* vel *filium* in *peculiatem* merce esse passus fuerit. Evenit tamen, ut licet nihil horum intercedat, tamen nihilo minus ex contractu aut facto *filij* vel *servi* conveniri possit, idq; *triplici* ratione. *Primò* quatenus quid in *peculio* contrahentis est, deducto prius eo, quod patri vel domino debetur. *Peculium* autem est *pusillum* patrimonium, quod pater liberis, aut domini *servis* separatim à suis bonis habere permittunt. *l. 4. C. 26. Ext. lib. 3. tit. 25.* Quod *peculium* *filij* vel *servi*, si morte, manumissione, eman-

1. De pecu-  
lio.

*Peculium quid.*



8. Quando de peculio actio annalis est.

9. De in rem verso.

4. Quod iussu.

cipatione, alienatione eius qui in potestate est, aut etiam nuda voluntate vel ademptione patris vel domini, extinctum sit, tamen nihilominus actio hæc durat ad annum, non a die peculij extincti, sed ex quo primum experiundi potestas fuit, supputandum. Quamdiu autem servus vel filius in potestate est, perpetua est actio. II. Secundo, quatenus id, quod acceptum est, in rem utilitatemve domini vel patris versum est: si videlicet contrahentes peculium nullum habuerint, aut ex eo solidum creditor consequi non possit. III. 4. C. 26. Tertio, si iussu domini vel patris cum servo vel filiofam. sit contractum, quo casu semper actio quod iussu in solidum datur. IV. 4. C. 26.

LIBER DECIMVS SEXTVS. *Tit. 31*

*de intercessionibus mulierum*

1. Ad SCtum Velleianum.

*de compensatio*

*in locis habet?*

8. De compensatio-nibus.

*de depositum*

Occasione contractuum a filiofam. celebratorum, præsertim autem SCti Macedoniani, cuius vi in mutuo illi non obligantur, additur tractatus *de intercessionibus mulierum* pro alijs factis, quibus illæ beneficio SCti Velleiani, a M. Syllano & Velleio in favorem mulierum facti, non obligantur, paucis saltem casibus exceptis. Intercedere autem dicitur mulier, quoties quoquo modo alienam obligationem veterem vel novam suo periculo recipit. I. 4. C. 29. Nov. 81. 134. c. 8. Hisce jam contractuum realium sive per se, sive aliorum intercessione factorum, speciebus omnibus, commune quid & maximi in ijs usus res est Compensatio, quæ videlicet opposita efficit, ut actor quod petit, vel omnino non, si videlicet tantundem Reo liquido debeat: vel saltem non totum consequatur, si nempe aliquid, minus tamen quam petitur, debeat. Compensatio autem est debiti & crediti inter se contributio, seu, secundum Cujac. est per æris sui computationem ab ære alieno liberatio. Quæ quia locum habet in omnibus contractibus, modo debitum sit liquidum: & res fungibilis, sive quantitas, non autem species debeat. II. 4. C. 31. In solo autem deposito (licet quantitas ex eo debeat) locum non inveniat: exinde jam post communem hanc realium cum reliquis contractibus affectionem commode subicitur, quarta contractuum realium species videlicet DEPOSITVM, quo res mobilis datur gratis



279.  
gratis custodienda, ut eadem in specie restituatur, quando-  
cunq; libuerit deponenti. Ex quo contractu datur iudicium *1. Depositi*  
tam *directum* quam *contrarium*. III. *4. C. 34. Nov. 73. c. 1. Nov.* vel contra  
*88. Ext. lib. 3. tit. 16.*

LIBER DECIMVS SEPTIMVS. *Tit. 5.*

*Contractus reales* iusto ordine subsequuntur *CONSENSUA-*  
*LES*, causam videlicet solo consensu constitutam habentes. *Contractus reales*  
Quorum *primus* est *MANDATVM*, quo quis negotium a-  
liquod honestum sibi gerendum efficiendumve commissum,  
bona fide & gratitudo suscipit. Ex quo *directa* datur actio man-  
dati, ad id, quod ejus, propter mandatum vel *omnino* non, vel  
*extra formam* praescriptam gestum, interest, vel quod ejus oc- *1. Mandati*  
casionem ad mandatarium pervenit: & *Contraria*, quae mandata- *vel contra-*  
rius omne id, quod sibi mandati causa abest, ne videlicet offi-  
cium fidei, amico praestitum, ipsi sit damnosum, consequitur.  
I. *4. C. 35. 36.* *Secundus* est *SOCIETAS*, quae bona fide inter con-  
trahentes solo consensu initur, ut res aut opera, earumq; lu-  
cra & damna inter ipsos pro modo conventionis communi-  
centur. Ex ea ultro citroq; datur *actio pro socio* *directa*, qua o- *2. Pro so-*  
mne illud, quod occasione hujus contractus ad socios spe- *cio.*  
ciat, petunt. II. *4. C. 37.*

LIBER DECIMVS OCTAVVS. *Tit. 7.*

*Tertius contractuum consensualium*, est *EMPTIO VENDITIO*, qua  
*de re certa*, certo pretio habenda, conveniunt contrahentes.  
Atq; illud ut plurimum pure & simpliciter, interdum ta- *1. De con-*  
men cum adjecta quadam conditione, veluti: *de retroven-* *tr. emt. &*  
*dendo venditori ejusve heredibus pretium offerentibus*: ut *de pact. int.*  
emptor pretij tardius soluti usuras praestet: ut emptori non li- *emt. & ven.*  
ceat rem venditam humano juri eximere. I. *4. C. 38. 40. 42. 43.* *comp. &*  
*46. 47. 50. & seqq. Ext. lib. 3. tit. 17.* Ex quibus tamen pactis fre- *quae res*  
quentissima sunt haec duo: *Addictio in diem*, ut videlicet allata *ven. non*  
intra certum tempus meliori conditione ab emptione disce- *pos.*  
datur: aut ut perficiatur emptio, nisi melior conditio offera- *2. De in di-*  
tur; illo quidem casu pura est emptio, & sub conditione resol- *em additi*  
tur: hoc vero casu est *conditionalis*. II. *Deinde pactum legis* *one.*  
*commissoria*, veluti: ut nisi in diem statutum pretium emptor  
solvetur.

3. De L. cō. missoria. *soluerit, res fiat in emta, si id venditor velit: quo quidem ca-*  
*su venditio pura est, sed sub conditione resolvitur. III. Ca-*  
 4. De here- ditate vel act. vend. *dunt autem sub hunc contractum non solum res corporales, ve-*  
*rum etiam incorporales, ut hereditates, actiones: de quibus in con-*  
 5. De resc. vend. & qui lic. ab emt. recedere. *tractum deductis speciale jus in ceterarum rerum emptio-*  
*ne haud usitatum obtinet, videlicet, quod venditor non te-*  
*neatur de evictione, quod emtor in omnibus rebus habeat*  
*jura heredis, quod ante mortem ejus, de cujus hereditate a-*  
 6. De peri. & com. rei vend. *gitur, non possit perfici. IV. 4. C. 39. Sequuntur effectus emti-*  
*onis venditionis, quorum primus, quod ab ea perfecta, invi-*  
*tâ altera parte & re adhuc integrâ (nam integrâ re utriusq;*  
*consensu ab ea discedere licet: re verò traditâ & pretio*  
*soluta, non aliter, quàm utroq; reddito) recedere non lice-*  
*at, nisi ea rescindatur, vel ob legem adiectam, vel ob lesionem ultra*  
*dimidium. V. 4. C. 44. 48. Secundus effectus, quod omne peri-*  
 7. De serv. export. &c. *culum & commodum rei venditæ ad emptorem pertineat.*  
*VII. 4. C. 48. Tertius effectus, quod emtor debeat stare pactis*  
*â venditore adjectis, veluti: si servus venditus sit, ut exporte-*  
*tur. i. e. ut ne in ea provincia vel urbe moretur, in qua vendi-*  
*tus est: Ut manumittatur: vel contra, ut non manumitta-*  
*tur, &c: quod prius si non fit, servus vel in fiscum redigi ur,*  
*vel venditor manu in eum injecta eum vindicat: si vero po-*  
*sterius negligatur, ipso jure servus fit liber. VII. 4. C. 41. 55.*  
*56. 57.*

LIBER DECIMVS NONVS. *TIT. 5.*

1. De act. emt. & vend. *Quartus emtionis-venditionis effectus est, ut producat*  
*emti & venditi actionem I. 4. C. 49. Ultimus sive quartus*  
*consensualium contractuum est LOCATIO CONDUCTIO, in quo*  
*pro certa mercede rerum vel personarum usus conceditur.*  
*Vnde duplex actio, Locati, quæ datur locatori, ad persecu-*  
*tionem mercedis, damni, culpâ conductoris contracti &c,*  
 2. Locati & conduct. *& Conducti quæ conductori. II. 4. C. 65. Nov. 88. c. 2. Nov. 68. 122. Ext.*  
*lia 3. tit. 18.*

Absoluto iam tractatu iudiciorum sive actionum, quæ pro contractibus nominatis tam realibus quam consensualibus competunt, reiectis stipulationibus, seu contractu, qui solis

*Effectus emtionis venditionis*  
*1. 2.*  
*4.*  
*Actio*  
*Conductio*



*Contractus Innominati*

solis verbis perficitur, in alium commodiorem locum, statim transitum facit Imp. ad contractus INNOMINATOS. Cum enim interdum sint plura negotia, quam vocabula, i.e. agendi formulæ, fit, ut interdum agendum sit actionibus generalibus, enarrato videlicet nudo facto & verbis conventioni præscriptis. Id quod fit *dupliciter*. *Primo*, si negotium tam sit varium & ambiguum, ut sciri nequeat, ad quam contractus & actionis speciem sit referendum: æquum tamē sit actionē inde dari, veluti: si res æstimata tradita sit alicui, ut aut eam vendat, aut ipse numerato tali pretio retineat, dubitetur autem, an venditi, locati, vel mandati contra recipientem agendum sit: cuius dubitationis tollendæ causa proponitur *actio præscriptis verbis æstimatoria*, seu *de æstimate*: bonæ fidei, periculum faciens eius, qui rem æstimatam suscepit, ut aut illam incorruptam restituat, aut æstimationem conventam præstet. III. Sic cum rerum permutatio, contractus omnium vetustissimus, *l. 1. pr. de contrab. emt.* propter suam generalitatem ad nullū speciale contractuum genus referri commodè posset, omnino tamen æquum esset, ut si inter nos de rebus permutandis, i.e. de certa specie cum alia certâ specie ejusdem generis reddenda non solum conveniret, verum etiam mea res ad te pervenisset; & obligationem & actionem ex eo dari, accommodata exinde mihi est *actio præscriptis verbis* ad id, ut aut impleatur quod promissum est, aut præstetur interesse. IV. *4. C. 64. Ext. lib. 3. tit. 10.* *Secundo*: si negotium obveniat, quod quidē ad ordinem contractuum nominatorum redigi nequeat, subsit autem causa seu *συνάλλαγμα*, dati videlicet vel facti cujusdam, propter quod actionem ex eo dari necesse sit: Vocatur ipsum negotium *contractus innominatus*, actio autem pro eo competens, *præscriptis verbis*. V. *4. C. 64.*

3. De æstimatoria.

4. De reiū permutatione.

5. De præscriptis verbis, & in fact. action.

QVAESTIONES CONTROVERSÆ.  
Ad lib. XII.

**D**ebitor, qui superioribus annis solutione in depravata moneta præstita, à creditore & instrumentum obligationis & apochā accepit: *à nexu*



282.  
*in nexu obligationis non est solutus, verum efficaciter contra illum ad  
supplementum eius, quod vera solutioni deest, agi potest.*

*In obligationibus & liberationibus precedente tempestate ratione  
depravata moneta in mutuo contractis vel factis, de stricta mutui na-  
tura non est respiciendum ad commodum vel detrimentum, quod reci-  
pienti obigit.*

Ad lib. XIII.

*Actio L. diffamari, est condictio ex lege.*

*Commodatarius, qui casum fortuitum in se suscipit, etiam de  
insolito tenetur.*

Ad lib. XIV.

*Institores, quos hodie appellamus Sactorni ex contractu tempore  
prepositionis celebrato, finito officio sub distinctione tenentur.*

Ad lib. XV.

*Filius familias de peculio adventitio, cuius ususfructus patri non  
acquiritur, testari nequit.*

Ad lib. XVI.

*Mulier SCto Velleiano renunciare potest.*

*Etiam res immobilis recte deponitur.*

Ad lib. XVII.

*Consilium I Cui loco mandati non habetur, nec ex eo consultus  
tenetur, nisi dolum adhibuerit.*

*Pecunia ab uno in societatem collata communis non est, ac pro-  
inde finita societate diuidi non debet.*

Ad lib. XVIII.

*Princeps ex iusta publica utilitatis causa, etiam invito rem su-  
am auferre potest, modo pretium iustum refundat.*

Ad lib. XIX.

*Mulier locationi à marito in re dotali facta, soluto matrimo-  
nio stare non tenetur.*

*Si tibi scyphos dederim, ut mibi domum dares, cuius periculum  
Meum.*

F I N I S



283.  
13  
*Quod felix faustumq; velit Deus Opt. Max.*

*Ad*

PANDECTA-  
RUM IURIS CI-  
VILIS.

PARTEM QUARTAM,

*Vti & subiectam singulorum titulorum coherentiam  
& Synopsis.*

SVB PRAESIDIO

*Viri Clarissimi, Consultissimi*

Dn. IOHANNIS Schwartzkopffe / I. V. D.

IN ILLVRSRI IVLIA,

*Pro virili respondebit*

DANIEL Finckenberg / Northemiâ-Saxo.

Habebitur disputatio

*Ad diem*

Horis matutinis



HELMÆSTADÏ

Typis heredum IACOBI LUCI,

—————  
Anno clō lō cXXVI.

P. ANDEOTA  
 RUMILRISCI  
 VITIS  
 PARTIM QVARTAN  
 VITIS & subiecta singulorum & rationum obstruunt  
 SVB RALSTON  
 Vni Christiani, Compositum  
 Dr. JOHANNIS GREGORII V. D.  
 IN TERTIA  
 DANIELI GREGORII Vni Christiani Saxo  
 Harbeticu dispensatio  
 Hortis medicinalis  
 Typis beuchman & co. L. uel.  
 Anno d. c. c. lxxv.





Digestorum

PARS QUARTA

Ad quam respondebit

DANIEL FINCKENBERG NORTHEIMIA Saxo.

LIBER VIGESIMVS. LXXV. 6.



Bligationes ex contractibus ita se habere, supra diximus, ut vel rem propter quam contrahentes conveniunt, principaliter attineant; vel principalium istorum contractuum ergò interdum accedant, & quasi perdissequi ipsos comitentur. Illud prius quomodo fiat, præcedenti parte explicatum est, Posterius ideoque ut se habeat, huius loci est proprium. ACCESSORIA huiusmodi contractuum aut ad securitatem contractus pertinent, veluti pignora; aut implementum aliamvè accessionem ex eo contractu ortam continent: aut deniq; modum eorum, quæ in contractum deducta sunt, probandi explicant. Primi generis sunt PIGNORA ET HYPOTHECÆ, quæ quidem, licet aliàs omninò, quo ad usum tamen juris non differunt, & in securitatem contractus rei quæ creditæ accedunt, ne dunturq; creditori à debitore vel expresse, idq; tam traditione, quàm consensu & voluntate, interdum adiectione diei, conditionis, pactorumvè non prohibitorum, quale est *αντιρρητικόν*, non autem legis commissoria. I. 8. C. 14. 35. N. 112. Ext. lib. 3. t. 21. vel Tacite, sive id fiat ex *presumptâ contrahentium voluntate*: veluti in tacitâ relocatione, pignoris renovatio; rei oppignoratæ fructibus, illati item in conductum prædium urbanum, non autem rusticum: sive ex speciali aliqua legis dispositione: ut pupillo in bonis tutoris Ecclesiæ vel civitati in bonis administratoris &c. II. 9. C. 15.

Contractus  
Accessorij.  
vel ad  
securitatem

I. De Pignoribus & Hypothecis.

In quibus  
causis pignus vel hypoth.

E

Por



3. Quæ res  
pignori  
vel hy-  
poth. datae  
&c.

*Effectus pignoris*

4. Qui pot.  
in pign. vel  
hypotheca  
hab. &c.

5. DE di-  
fractione  
pign.

*Effectus*

6. Quib.  
modis  
pign. vel  
hypoth.  
sol.

Potest autem *constitutio pignoris in re quacunq;* fieri, modò illa non sit extra commercium; nec aliena, sed propria: nec propter *adherentem qualitatem sine ipsius rei*, veluti in legitimis, pupillaribus, dotalibus, *sine personæ oppignorantis*, quales pupilli, servi & quandoq; filii familias; à lege oppignorari prohibita. III. 8. C. 16. 17. 21. Cuius ritè *constituti pignoris præstantes sunt effectus*, quorum *primus*: Quod creditor consequatur potestatem, actione quasi Servianâ, seu hypothecariâ, pignus persequendi, possessionemq; eius consequendi: quâ in unius eiusdemq; rei persecutione si concurrant plures, singuli pignus prætendentes, is potior erit iure, qui in obligatione illa pignoratia prior tempore, nisi alius, speciali aliquo legis favore, prioritatis, quod vocant, beneficio gaudeat. IV. 8. C. 18. 19. 20. N. 97. c. 3. *Secundus effectus* est, quod, si post nactam pignoris possessionem debitor nihilominus; denuntiatione solenni ipsi factâ; solutionem protrahat, creditor post expectatum à termino non factâ solutionis tempus legitimum, pignus vendere, & de pretio sibi ipsi satisfacere possit. V. 8. C. 28. 29. 30. & seq. Qui effectus omninò cessant, si *pignoris nexus aut solutione eius quod debetur, aut satisfactione, rei interitu, tempore, satisfactione, novatione, contractu principali sublato, &c. sit dissolutus.* VI.

### LIBER XXI. TIT. 3.

*Implementum*

1. DE adi-  
lit. edicto.

Secundò in huiusmodi accessoriis diximus considerari ea, quæ *ad implementum contractus pertinent*, qualia interdum oriuntur ex RE in contractum deducta, veluti: si illa sit VITIOSA, de qua proponitur *Edictum*, quo propter rei (in emptionem venditionem, aut locationem conductionem deductæ) *vitium*, usum ipsius impediens (si videlicet venditor illud reticuerit, modò aliàs non manifestum, aut emptori cognitum fuerit) *vel ipse contractus in totum, actione Redhibitoria*, rescinditur, & omnia in eum statum, ac si contractus nunquam intercessisset (refusis utrinq;: pretio cum usuris ac interesse: & re cum fructibus) restituuntur; *vel saltem actione quanti minoris annali prætoriana*, agitur ad illud sibi restituendum de pretio, *quanti minoris res valuit cum emeretur.* I. 4. C. 58. Secundo

eundò si res ALIENA mihi sit vendita aut locata, quam iudicio evictorio coactus sim vero eius domino aut restituere, aut æstimationem eius præstare: Tenebitur enim mihi venditor siue locator, vel actione ex natura contractus, vel ex stipulatu, si per stipulationem simpli mihi cautum sit, ad veram rei æstimationem & omne interesse: vel ob stipulationem duplæ hoc nomine adiectam, ad duplum pretii conventi tantummodo restituendum: II. 8. C. 45. 46. Qualis quidem evictio rei alienæ venditæ summæ innititur æquitati, nisi aut emtor re alienam sciverit &c. aut ipse venditor siue eius successores heredesve hanc actionem instituere voluerint: puta quod fortassis rei istius alienæ mihi venditæ dominium postea ad ipsum ipsosve pervenerit, quo casu non immeritò exceptio rei ab illis ipsis evincentibus venditæ & traditæ opponi poterit. III.

2. De evi-  
ctionib.

3. De ex-  
cept. rei  
venditæ.

LIBER XXII.

**P**raterea ad implementum contractus pertinent ea, quæ ob id, quod res secundum modum conventionis legitimo tempore aut omninò non, aut sicuti fas erat, non sit soluta, debentur, sicuti sunt usura, fructus, omnis causa seu rei accessio, quæ in bonæ fidei contractibus à tempore moræ; in stricti iuris verò actionibus à tempore litis contestatæ debentur. Usurarum quidem licitarum modus certus à legibus est præfinitus. I. 4. C. 32. 5. C. 56. 7. C. 51. 54. 10. C. 8. N. 32. 33. 34. 128. 121. 16. Caus. 14. q. 3. 4. 5. 6. Ext. lib. 5. tit. 5. 19. VI. lib. 5. t. 5. Clem. 1. 5. tit. 5. veluti nobilioribus trientales, Mercatoribus bestales, cæteris verò hominibus semisses; In traiectionibus autem pecunia, cum illa trans mare creditoris periculo vehatur, centesimæ usuræ, aliàs omninò prohibitæ, sunt concessæ, quæ exinde foenus nauticum appellantur. II. 4. C. 33. N. 106. 110. Atq; hæc omnia, quæ hucusq; de contractibus, & iis quæ vi actionum pro illis institutarum nobis debentur, explicata sunt, dictâ ratione se habent, modò; si reus fortassis factum istius contractus in iudicium deductum neget; legitima & sufficienti probatione iudici de eo fides fieri possit. Succedit igitur explicatio eorum modorum, quibus ea quæ in iudicio ab adversario negantur, probari solent. PROBATIO est rei dubiæ & ab ad-

1. De usu-  
ris.

2. De nau-  
tico foeno-  
re.

Vel ad Probata

3. De pro-  
bationib.

Probatio qd.



versario negatæ, per legitima argumenta judici facta demon-  
 stratio. Et fit vel *presumptionibus*, quando videlicet argumen-  
 ta rei fidem facientia ex alio quodam præsumuntur, antequã  
 probentur: *vel aliis argumentis ad factum ipsum demonstrandũ*  
 directis. III. 4. C. 19. N. 48. *Caus. 15. q. 3. Ext. lib. 2. t. 19. 23. Clem. l. 2. t. 7.*  
 Sicuti sunt *instrumenta*, tam *publica*, quæ contra producentem,  
 & eum contra quem proferuntur, fortissimè probant, quàm  
*privata*, quæ contra producentem tantum, non etiam alium,  
 nisi subscribentem, sigillantem, &c. satis probant, IV. 4. C. 21.  
 22. N. 44. 47. 49. 73. 83. c. 4. 119. c. 5. *Ext. l. 2. t. 22.* Item *Testes*, jurati,  
 non suspecti, ad minimum duo, idoneam de facto illo scienti-  
 æ suæ rationem reddentes. V. 4. C. 20. N. 90. *Caus. 2. q. 4. Ca. 3. q. 4.*  
 4. 5. 9. *Ca. 4. q. 2. 3. 4. Ca. 14. q. 2. Ca. 15. q. 3. Ext. l. 2. t. 20. 21. VI. lib. 2.*  
 & facti i- *tit. 10. Clem. lib. 2. t. 8.* Atq; hæc probatio, asseveranti quid in ju-  
 gnorant, dicio, omninò est facienda, nisi ob legitimas quasdam causas,  
 rationes, præsumptiones, qualis est *iuris & facti ignorantia*, o-  
 nere probandi semetipsum exonerare, illudq; in adversari-  
 um derivare possit. VI. *Caus. 15. q. 1.*

4. De Fide instrumentorum

9. De testi- bus.

6. De juris & facti i- gnorant.

LIBER XXIII. TIT. 5.

Contractus  
impropij.  
Conjugia

Contractuum *propriorum*, omniumq; eò pertinentium, na-  
 turã explicatã, ordine jam fit transitus ad *contractus*  
 quosdam *Improprios*, sicuti sunt *conjugia & tutela*, omniaq; ex  
 inde originem sumentia negotia, utpote ex quibus interdum  
 multò plures quam ex aliis rebus inter vivos existere solent  
 actiones, & ex quibus *tutela*, cum pertinentibus, iustã ratio-  
 ne quasi *contractibus* accensetur. De quibus igitur iam or-  
 dine videndum: Et quidem de *Nuptiis* primo loco. Non  
 profinus autem ubi primus sermo de matrimonio placuit,  
 matrimonium est, aut ad illud pervenitur, sed sunt multa  
 quæ id vel præcedunt, vel cõpletũ sequuntur, vel modò præce-  
 dunt modò sequuntur: *Primi* modi sunt *sponsalia*, olim solenni  
 stipulatione constitui solita, hodiè verò *nuda mentio & re-*  
*promissio futurarum nuptiarum*, nudo saltem licet pacto  
 consensuè: ex quibus efficax datur actio, ut aut *sponsalia*  
 impleantur, aut *arrhæ* eò nomine data reddantur: Hodiè  
 ut fides coniugij promissa impleatur. III. C. 1. 2. *Caus. 27. q. 2. 3. Ca.*

2. De spon- salib.

30. q. 23.



30. q. 23. Ext. lib. 4. t. 1. 2. 3. 4. 5. VI. lib. 4. tit. 1. 2. 3. Nuptia vero ipse  
 se sunt legitima conventio, inter cives Romanos, marem  
 & foeminam, conjungi non prohibitos, ad individuum om-  
 nis vite, domus, divini & humani juris consortium & so-  
 cietatem. II. 5. C. 4. usq. ad 10. N. 12. 22. 74. 117. 131. c. 6. 139. 150. 154.  
 156. 157. Dist. 22. 30. 27. Caus. 27. & seqq. usq. ad 35. per tot. Ext. lib. 4.  
 tit. 6. & multis seqq. Constitutis & perfectis huiusmodi nuptiis  
 plerumq; accedit vel sequitur *dos*, jus videlicet illud a mulie-  
 re vel alio nomine mulieris, in re quadam marito, ad susti-  
 nenda onera matrimonii constitutum, sive id stipulatione  
 sive nudo pacto factum fuerit: eius nempe effectus, ut mari-  
 tus rem illam dotalem & a quocunq; possessore sibi vendica-  
 re: ab eo, qui promisit, exigere: III. 5. C. 11. & mult. seqq. 7. C.  
 75. N. 97. 98. 91. Et ad aliorum capitum in *pactis dotalibus* con-  
 stitutorum implementum agere possit: qualia nempe *pacta*  
 omnino valent & servanda sunt, modo nihil contra prohibi-  
 tionem legum contineant, dotisq; causam deteriore non  
 reddant. IV. Marito itaq; licet maximum jus in re illa dota-  
 li sit constitutum, illud tamen se eo usq; non extendit, ut  
*fundum dotalem*, id est, rem dotalem soli sive immobilem,  
 non aestimatam (nam de aestimato data, ut & re mobili quæ  
 servando servari non potest, aliter illo jure se habet, si sol-  
 vendo sit maritus) quocunq; modo alienare, aut etiam con-  
 sentiente muliere oppignorare possit. V.

1. De ritu nupt.

3. De jure dotium.

4. De Pactis dotalibus.

5. De fundo dotali.

LIBER XXIV. tit. 3.

Huiusmodi igitur dotis constitutio, cum fiat ad onera ma-  
 trimonij sustinenda, quamvis non tantum ante nuptias,  
 verum etiam constante matrimonio fieri possit: Tamen re-  
 liquæ donationes, a coniugibus sine causa, (in aliis enim, in  
 quibus causa quædam subest, aliter res se habet) factæ, qui-  
 bus accipiens fit locupletior. constitutione L. XII. tab. ex mo-  
 ribus Græcorum deducta, omnino prohibentur, nisi fiant in  
 tempus soluti coniugij: utpote quo securo, donationes hæ  
 nondum revocata, confirmantur & valent. I. 3. C. 3. 16. N. 2.  
 22. 2. 10. 71. 97. 98. 110. 127. c. 2. Atq; hoc modo se habet jus do-  
 tis marito constitutum, actionesq; ex eo competentes con-

1. De dona- tionib.

2. De divor- tijs

E 3

stante



3. Solutio  
matrimo-  
nio.

stante matrimonio: Quod si verò *nuptia*, vel morte, capti-  
vitate, servitute, vel etiam *divortio* ob justas causas (puta o-  
lim mutui consensus &c. hodie saltem adulterij, desertio-  
nis malitiosæ &c.) *facto, sint dissoluta*. II. §. C. 17 14. N. 22. 140. 117. c.  
9. & seqq. Ext. lib. 4. tit. 19. tunc non tantum jus illud mariti  
planè intercidit, verum etiam statim competit actio mulie-  
ri eiusvè heredi, aut extraneo qui dotem constituit, contra  
maritum eiusvè heredes, quâ dos una cum fructibus & repa-  
ratione damni restitui petitur: Quæ quidem restitutio in  
bonis immobilibus statim: in mobilibus autem tribus pen-  
sionibus annuis fieri debet (fructibus ultimi anni inter ma-  
ritum & uxorem, eorumve successores pro rata dividendis)  
nisi maritus ex justa aliqua causa dotem retinere queat, ve-  
luti: si propter adulterium, aut aliud mulieris delictum,  
divortio solum sit matrimonium: si maritus solvendo non  
sit, &c. III. §. C. 18.

LIBER XXV.

1. De im-  
pensis in  
res dota-  
les, factis.

3. De actio-  
ne rerum  
amotarū.

3. De agnos-  
cend. & a-  
lend. libe-  
ris,

**A**liæ præterea sunt causæ, propter quas, licet maritus in-  
tegram sibi dotem hoc in casu non vindicare, tamen re-  
tentionis jure in ea uti potest, veluti: *propter impensas ad per-*  
*petuam rei dotalis utilitatem factas, easdemq; necessarias, volu-*  
*ptuarias autem & utiles* sub distinctione. I. Item si quid mulier  
cogitatione divortij, aut spe mortis mariti, dolo malo, ex  
*rebus mariti* constante matrimonio *amovisse, celasse, consum-*  
*psisse &c. deprehensa fuerit*: eius enim nomine cum detur  
rerum amotarum actio in solidum, multò magis igitur con-  
tra dotem repetentem exceptio: sicuti quoq; obtinet in eo,  
quod solutio matrimonio subtraxisse probabitur, ut pro e-  
ius repetitione non tantum conditio, verum etiam exceptio  
competat. II. Non tantum autem hæc de dote actiones & ex-  
ceptiones matrimonium completum sequuntur, verum et-  
iam *obligatio & jura illa mutua inter liberos, conjugij quasi fru-*  
*ctus, & ipsorum parentes*: sicut enim ex justis nuptiis procrea-  
ti in potestate sunt parentum: ita rursus pater debet iis a-  
limenta, educationem, & omnia ad vitæ sustentationem ne-  
cessaria: cogendus ad id, si iniuste detrectet, officio judicis  
quo-





quocunq; modo: nisi aut liberi sint exheredati, aut sibi met-  
 ipsis sua operâ & industriâ alendis sufficiant. III. §. C. 25. N. 12.  
 c. 3. 98. c. 2. 117. c. 7. Liberorum autem appellatione quo ad huc  
 passum non tantum veniunt iam nati, verum etiam adhuc  
 (cum de ipsorum commodo hic agatur) in utero existentes, li-  
 cet post mortem patris in utero existere à matre dicantur:  
 quo casu ne quid falsi partus supponatur, mulieris venter &  
 à quinque mulieribus honestis inspici, & triginta diebus  
 ante partum, denunciatione à muliere ad id iis quorum in-  
 terest facienda, in conclavi unum saltem aditum habente  
 diligenter custodiis muniri debet. IV. Vt autem eo melius in  
 utero existenti ratione alimentorum cautum sit, *mitti jube-*  
*tur mulier ventris* sive partus nomine *in possessionem bonorum ma-*  
*riti* sive patris eius: Quam verò possessionem si mulier dolo  
 malo ad aliū transtulerit; & ipsa, & in cuius potestate est, in  
 factum actione tenebitur agenti ad interesse; possessor verò  
 vi interdicti ad restitutionem possessionis dolo ad se transla-  
 ta. V. Nec mulieris quoq;, quæ sciens prudens se prægnan-  
 tem non esse, eo tamen nomine in possessionem se mitti  
 impetravit, calumniam jura relinquunt impunitam, data  
 in eam ad id quod interest in factum actione, & in super ig-  
 nominie notâ perpetuâ ipsi iniusta. VI. Illud autem quod  
 paulo ante de alimentorum præstatione dictum, obrinet  
 non tantum in liberis ex justo matrimonio, verum etiam ex  
 concubina quadam susceptis. Coniunctio enim illa & pro-  
 creatio liberorum in concubinato, inter duas tantum mo-  
 do personas, non contra juris gentium præcepta, unâ do-  
 mo & lecto, absq; affectione tamen maritali, coniunctas,  
 de jure civili est extra pœnam & infamiam. VII. §. C. 26. N. 12. c.  
 4. 18. c. 5. 11. 89. c. 12.

LIBER XXVI. *TIT. 10.*

Sequuntur TUTELE, & ex illis tanquam quasi contractu  
 venientes actiones. Quæ & hac ratione nuptiis coherent,  
 quod liberis exinde procreatis non tantum debeantur ali-  
 menta, verum etiam & vel maxime recta educatio: quæ, si  
 pater amplius non superfit, *tutoribus* expedienda committi  
 debet;

4. de inspici  
 ciendo ve-  
 tico  
*Solentur in ventris*  
*in partu*  
 5. Si ventris  
 nomine  
 mulier in  
 possess.  
 missa &c.  
 6. Si muli-  
 er vent. no-  
 mine in  
 possess.  
 7. De Coa-  
 cubinis.



*Tutela*

- 1. De Tutelis.
- 2. De testament. tutela.
- 3. De confirm. tutore.
- 4. De legitimis tutorib.
- 5. De tutorib. & curator. dat.
- 6. Qui petant tutores.
- 7. De administrat. & periculo tut.

debet: *Est enim tutela vis ac potestas in capite libero civis Romani, ad tuendum eum qui per aetatem se defendere nequit, jure civili data & permissa. I. C. 33. 35. 36. 60. N. 22. 40. 72. 118. C. 5. 105. 155. Permissa quidem, veluti parentibus, ob praesumptam illam naturalem in liberos providentiam, ut illis videlicet impuberibus in potestate constitutis, testamento, aut codicillis testamento confirmatis tutores dare possint II. C. 28. Neq; tamen, si vel filio puberis curator, aut emancipato vel etiam extraneo (licet à matre) tutor assignatus sit testamento, constitutio omnino erit inutilis: Autoritate enim sua, huiusmodi quæ testamento defunt, magistratus supplet, & à patre hoc modo datos, citra ullam inquisitionem aut satisfactionem: à matre ex inquisitione citra satisfactionem, ab extraneo (si pupillus simul & heres institutus) cum inquisitione & satisfactione confirmat. III. C. 29. Deficientibus testamentariis, ex permissa legis constitui solitis, succedunt secundo loco legitimi tutores, illi videlicet, qui ob proximum agnationis vinculum, propter quod successionem & emolumentum bonorum sperant, ad tutelam pupilli & bonorum administrationem, praestitâ prius satisfactione solita, à L. XII. tabb. vocantur, atq; ita immediate ab ipsa lege dantur. IV. C. 30. Quibus ne quidem extantibus, aut minus idoneis, aut de viribus testamēti (in quo tutor alius datus est) lite institutâ, mandat hanc curam tutorem dandi vel Lex vel SCT. M vel constitutio principis specialiter magistratui cuidam, ut videlicet non habentibus tutores constituat, aut in locum aliorum, (quorum forte officium finitum, aut qui propter vitium quoddam, vel quod reipubl. causa tâquam legati absint &c. ad gerendum sint minus idonei) alios surrogent. Puberibus etiam, mulieribus, & aliis, curatores constituât. V. C. 34. 36. 44. Id quod omne quidem à magistratu, utpote supremo tutore, sponte, nemine admonente, aut officium ejus hac de re implorante, fieri debet: solent tamen, & quidem necessario mater & libertus, arbitrariè autem reliqui cognati, in loco originis pupilli, aut ubi major pars facultatum ejus, specialiter à magistratu id impetrare. VI. C. 31. 32. Tutorum igitur*



igitur hisce modis constitutorum, officium est, non tantum extra iudicium fideliter administrare pupillorum bona, præcipue autem inventarium legitimum super iisdem conficere, in iudicio actiones pro pupillis instituere, & contra illos institutas pro virili depellere: scituri, omne quod dolo, lata vel levi culpa pupillo aberit, eorum periculo futurum. VII. s. C. 37. 38. 40. 61. verum & vel maxime, cum principaliter personæ pupillari dentur; autoritate suâ in negotiis pupilli id quod ipsius personæ deest, supplere. II. s. C. 50. Quod si tamen non quidem pupillus autoritate tutoris, sed solus tutor vel curator nomine pupilli vel minoris quid gesserit, id nihilominus obtinet, ut ex eo pupillus vel minor efficaciter & agere & conveniri possit. IX. s. C. 39.

*Officium tutoris*

8. de autoritate tutorum.  
9. Quando ex facto tutoris.

Inter modos, quibus tutela (uti & cura) prædictis modis constituta dissolvuntur, maxime conspicui sunt duo sequentes: Primò quidem: si tutor ob id, quod fraudulenter, perperam, & non bona fide in tutela verferur, à competente magistratu ab officio removeatur. X. s. C. 43.

*Dissolutio*

10. de suspectis tut.

LIBER XXVII. *tit. 10.*

**S**ecundo si tutor legitime ad tutelam vocatus, ex sufficienti quadam & legibus approbatâ causâ, intra 50. dies à die notitiæ & alleganda & approbanda, munus impositum deprecetur seq; excuset. I. s. C. 62. usq; ad 69. Pendente autem huiusmodi crimine suspecti, aut super excusationis causâ summaria cognitione, pupillo omninò de alimentis & loco educationis prospiciendum est, utpotè qui & aliàs vel apud matrem, vel alium necessariû: ubi sine malignâ suspicionis causa fieri potest, suis sumptibus educari & ali debet. II. s. C. 49. 50. Ex hoc igitur tutela quasi contractu, duplex oritur Actio, Prior quidem directa, competens pupillo contra tutorem, finita tutela, ut actus & administrationis rationem reddat, in simplum: vel ad id, quod propter rationes distractas, conturbatas & ablatas pupillo à suis rebus abest, in duplum: ad cuius exemplum minori in curatorem quoq; datur eadem utilis actio. III. s. C. 51. & seqq. Posterior contraria, competens tutori, utilisq; curatori in adultos, ad id quod tutelæ vel curæ nomine ipsis abest.

1. de excusation.

2. Vti pupil. educationi.

3. de tutel. & rationib.

4. de contraria tue. & utili act.

F



5. De eo  
qui pro tu-  
tore.

6. Quod  
falso tut.

7. De fide-  
jussorib.

8. De magi-  
stratib. con-  
ven.

9. De reb. e-  
or qui sub  
tutela.

10. De cur-  
atorib.

abest. IV. §. C. 58. Simile iudicium est de eo qui pro tutore, sive nomine tutoris, cum tamen revera tutor non esset, *negotia pupilligesit*, & exinde tam *directa* conveniri, quam *contraria* actione sicuti tutor agere potest. V. §. C. 45. Qui tamen non verus tutor, si dolo malo auctoritatem pupillo in contrahendo sub falso tutoris nomine accommodaverit, tenebitur illi cum quo ita contraxit, in factum actione, prater restitutionem, ad omne interesse. VI. Neq; tantum ipsi *tutores heredesve* praedictis actionibus, *verum etiam fideiussores & nominatores* tutorum eodem modo, quo tutores, tenentur. VII. §. C. 57. Sic, cum ad magistratus officium spectet, curare, ut a tutoribus eorumq; fidejussoribus satisfactio: Rem pupilli salvam fore, praestetur: Fit, ut si illud a magistratu vel omnino omissum, vel idonee factum non sit, ipse magistratus utili subsidiaria actione a pupillo recte conveniri possit. IX. §. C. 42. 45. Datur quoque pupillis seu minoribus actio in *extraneos*, qui res eorum mobiles immobilesvē (exceptis iis quae servari non potuerunt) a tutoribus contra prohibitionem legis ex nulla urgente causa, absq; decreto magistratus alienatas, acquisiverunt, ad rei restitutionem absq; pretii refusione faciendam. IX. §. C. 71. & seqq. Ext. l. 3. t. 13. VI. l. 3. tit. 9. Clem. l. 3. t. 4. Omnia autem huc usq; de obligationibus & actionibus ex tutela & cura ortis explicata, ferme locum obtinent, in illis curatoribus, qui furioso, prodigo, mente capto, morbo sonitico laboranti &c. dantur: Nam & illi diligenter officio & administrationi praesse tenentur; nisi competentibus actionibus ad damni exinde orti praestationem conveniri velint. X. §. C. 70.

## QVAESTIONES CONTROVERSARUM.

Ad lib. XX.

**A**ntichresis etiam tum valet, quando perceptio fructuum legitimum usurarum modum excedit.

Restitu.

295

*Restitutio pignoris, non quidem debiti, sed pignoratitiæ obligationis remissionem arguit.*

Ad lib. XXI.

*Actio in factum A Edilitiâ non habet locum, quando metu serpentis, leonis, & similibus animalium, qualia circulatores circumferre solent, damnum illatum est.*

*Denunciatio in evictione necessaria, requiritur etiam in casu, quando causa venditoris notoriè est injusta.*

Ad lib. XXII.

*Usura intra modum à lege definitum consistentes, ne quidem jure Canonico damnari verius.*

*Cognitionem super usurarijs, ut & alijs causis Ecclesiasticis, rectè principes Politici demandarunt suis Consistorijs Ecclesiasticis.*

*Nullum notorium, quatenus tale, recipit probationem. Statuto induci potest, ut testibus injuratis credatur.*

Ad lib. XXIII.

*Etiam de jure Canonico consensus parentum in nuptijs filij requiri verius.*

*Mulier ob dotem promissam & non solutam, domo expelli à marito non potest.*

*Pactum filia de dote factum, nocet quoq; patri dotem repetenti.*

Ad lib. XXIV.

*Soluto matrimonio propter adulterium uxoris, cessat repetitio. Quid si propter osculum?*

*Constante matrimonio, si viro propter malos mores ad inopiam degenti, dos sit adempta, restituenda ea venit, si ad frugem maritus redeat.*

Ad lib. XXV.

*Concubinatus neq; iure Civili, neq; Canonico iustus dici potest.*

F 2

Concu-

*Concubinatus nec iure Civili nec iure Canonico simpliciter sublatu.*

Ad lib. XXVI.

*Tutor testamento inutiliter datus, & à magistratu confirmatus, non testamentarius, sed honorarius est.*

*Proximo agnato Electoris impuberis ex Aurea Bulla defertur tutela legitima. Id ius ei testamento auferri non potest.*

*Tutoris datio neq. imperij neq. iurisdictionis est, sed legis.*

*Pupillus autoritate tutoris feudum novum non constituit.*

*Tutor, ob latam culpam pupillo alimenta denegans, aut dolo, quo minus ea aliunde accipere possit, impediens, removetur, & fit infamis.*

Ad lib. XXVII.

*Excusatio à tutela competit etiam legitimis tutoribus.*

*Pupillus regulariter apud matrem viduam educari debet: que si ad secunda transferit vota, tum demum iudicij arbitrio relinquatur, ex persona & temporis circumstantia hac de re statuere.*

*Prodigo non ipso iure, sed magistratus demum decreto, bonis interdicitur.*

F I N I S.



14 297.  
Quod felix faustumq; velit Deus Opt. Max.

Ad

PANDECTA-  
RUM IURIS CI-  
VILIS.

PARTEM QUINTAM,

Vti & subiectam singulorum titulorum coherentiam  
& Synopsis.

SVB PRAESIDIO

Viri Clarissimi, Consultissimi

Dn. IOHANNIS Schwartzkopffs/I. V. D.

IN ILLVSRI IVLIA.

Pro virili respondebit,

GEBHARDVS IOHANNES Hampen/  
Alvenslebiensis.

Habebitur disputatio

Ad diem

Horis matutinis



HELMÆSTADII

Typis heredum IACOBI LUCI,

Anno clō lō cXXVI.



VIRIS

*Ampl<sup>mis</sup>, prudentiâ, eruditione præclarâ,  
& vario rerum usu præstant<sup>mis</sup>*

Dn. CHRISTOPHORO Hampen/ Reipub.  
Helmstädiensis Senatoriæ CONSV.

LI vigilantissimo.

Dn. HENRICO IVLIO Osterwalde/ I. V.

Cand. provincialis Ducum Brunovic. Dicaste-

rij ASSESORI consultissimo, & prædictæ Rei-

pub. SECRETARIO dignif-

limo.

PATRVELI

AFFINI

*Fautoribus ac promotoribus*

MEIS

Colendis

Suspiciendis

*Eâ, quâ par est, animi*

*devotione*

*Inscribo*

GEBHARDVS IOHANNES Hampen/

Alvenslebienensis.

Anno cl. cccc. lxxv.





Digestorum

PARS QUINTA

Adquam

Respondet

GEBHARDVS IOHANNES Hampen/Al-  
venflebiensis.

LIBER XXIIIX. tit. 8.



Vcedunt ordine Iudicia & Actiones  
ex SUCCESSIONE competentes; Nam & suc-  
cessio quasi contractus est, unde non minus  
quam ex reliquis negotijs multifariam acti-  
ones existunt. SUCCESSIO igitur est vel ex  
ultima quapiã voluntate; vel ab intestato. Ex ultima  
voluntate tribuitur vel jure civili, vel jure demum Pratorio. Quæ  
ex juris civilis dispositione competit, est vel universalis, ad  
universitatē videlicet rerum, vel singularis, ad singulas saltem  
res acquirendas competens.

UNIVERSALI successioni in totum jus defuncti locum fa-  
cit TESTAMENTUM, voluntatis nostræ justa sententia, de eo  
quod post mortem nostram fieri volumus. Testamenta au-  
tem ut valeant, præter ea, quæ ad formalia ipsorū pertinent,  
veluti: ut fiât coram VII testibus, civibus, idoneis, & idoneè  
adhibitis, unico a Æu &c. requiritur primò: ut sit ab eo factū  
qui jure testamentum facere potuit. 16. C. 22. 23. Nov. 66. c. 1. N.  
119. c. 8. 9. N. 107. 127. c. 1. Caus. 12. q. 3. 4. 5. Caus. 22. q. 5. Ext. lib. 3. tit. 26.  
VI. lib. 3. tit. 11. Clem. lib. 3. tit. 6. Secundò: ut heredem sive succes-  
sorem in universum jus suum, testator instituat. Id quod  
non immeritò dicitur caput & fundamentum totius testa-  
menti. Quia autem liberi (quo nomine filios, nepotes, post-  
humos,

*Successio*

*Testamentum*

1. De te-  
stam. qui  
testam. fac.  
post. &  
quemadm.  
fiant.

2. De lib. &  
posth. he-  
red. instite  
vel exhe-  
red. vel  
præteritis.

*Liberi qui*



3. De iniu-  
sto, rupto  
& irrito  
facto tes-  
tamento

4. De his  
quæ in te-  
stam delē-  
tur, indu-  
cuntur vel  
inscribun-  
tur.

5. De here-  
dibus in-  
stituendis,

6. De vul-  
gari & pu-  
pillari sub-  
stitutione,

humos, in potestate existentes, complectimur, ) vivo adhuc patre, ex dispositione ipsius rationis, jus quoddam in bonis paternis habere intelliguntur: sequitur exinde quod sine aut necessario instituendi, aut per exheredationem jure suo quæsito prius legitimè privandi, antequam alij ad jus successorium per illud testamentum vocari possint. II. 6. C. 28 29. N. 115. c. 3. 4. N. 123. c. 41. Quod ni factum sit, & vel filius inveniat prateritus (quomodo testamentum dicitur *iniustum*) vel postumus prateritus post nascatur, & tempore mortis paterna supersit, (quo casu *ruptum* dicitur) tum totum omnino corrumpit testamentum, & res ad eam causam redit, ac si nullum unquam fuisset conditum: quod similiter contingit, quando testamentum aut propter defectum solennitatum *nullum*, aut quod nemo ex eo heres extiterit, aut existere potuerit, *irritum* fieri dicitur. III. *Caus. 19. q. 3.* Aut testator consultò testamentum *consciderit, deleverit* (i. e. lituris corruperit) *induxerit* (cancellaverit, aut ducto per cereas tabulas, quibus olim inscribebatur, stylo oblitteraverit) aut aliis literis *inscripserit*, ut legi nequeat: Quamvis in hoc casu illa saltem, quæ *inducta esse dicuntur, pro nihilo reputentur, cætera autem* (licet ipsa institutio sit deleta) salva maneat. IV. Liberi igitur in potestate existentes, sicuti diximus, omninò sunt instituendi aut ritè rectèq; exheredandi: quod si verò nullos habeat testator, aut per exheredationem eos à jure successionis removerit, tunc liberam habet facultatem quoslibet alios, unum vel plures, etiam servum sive proprium sive alienum instituendi. Heredis autem illa institutio fieri potest & *directè*, ut videlicet institutus hereditatem ab ipso testatore immediatè absq; alterius facto habeat, & *indirectè*, ut nepe ex alterius tertii cuiusdam in eo testamento instituti factio mediatè successio ad eum perveniat: neq; tantum *primò* gradu per institutionem. V. 6. C. 24. 27. verùm etiam *secundo, tertio, & ulteriori*, per substitutionem alicuius, in locum præcedentis heredis factam, sive illa substitutio fiat cuicumq; heredi, *vulgariter* & directis verbis, in locum ipsius alium vocando, veluti: *Si Titius heres à me institutus, heres non erit, Caius heres*

heres esto: vel tantum filiis impuberibus in potestate constitu-  
 tis & post mortem testatoris pupillis futuris, quæ pupillaris  
 appellatur, veluti: *Filius meus heres esto, qui si aut heres non erit,  
 aut heres quidem erit, sed intra annos pubertatis decesserit, Caius he-  
 res esto.* VI. 6. C. 26. Similiter heredis institutio potest fieri vel  
 pure vel cum adiecta conditione aliqua, quæ si fuerit impossibilis  
 sive iure sive natura, pro non adiecta habetur, sed heres  
 quasi pure institutus censebitur, nisi personæ filii sit adiecta,  
 quo casu testamentum nullum ab eo dici potest: si vero fue-  
 rit possibilis, omnino usq; ad eius implementum pendet insti-  
 tutio: cum hactamen differentia, quod filio instituto nul-  
 la alia possibilis conditio cum effectu adiici possit, quam  
 quæ in ipsius potestatem confertur: cæteræ habentur pro  
 non adiectis. VII. 6. C. 25. Solebant & olim à testatore insti-  
 tutionibus heredum adjici dies cretionum, conditiona-  
 li institutioni non absimiles, intra quos heres deliberaret,  
 utrum adire vellet nec ne, hac plerumq; formulâ conce-  
 ptæ: *Si Caius heres intra centum dies non creverit, Seius heres esto.*  
 Id quod postquam abolitum est, Prætor petentibus heredi-  
 bus, tam ex testamento quàm ab intestato venientibus, pro  
 arbitrio suo solet *tempus deliberandi* concedere, intra quod  
 ex communicatis & inspectis rationibus hereditariis vide-  
 re ipsis liceat; utrumne expediat adire hereditatem an non.  
 VIII. 6. C. 30.

7. De cõd-  
institutio-  
num.

8. De iure  
deliberand-  
di.

LIBER XXIX.

Atq; hæ sunt solennitates & formalia requisita ad quod-  
 libet testamentum omninò necessaria, si jus hereditari-  
 um ad heredem quis pervenire velit. *Militibus tamen*  
 quibuslibet, in expeditione constitutis, favore militiæ &  
 respectu periculorum, est indultum, ut quomodo velint  
 aut possint, nuda saltem sufficiente eorum voluntate, testa-  
 menta faciant, heredibus sive pure sive conditionaliter, si-  
 ve ad diem &c, capacibus vel incapacibus, in solidum vel  
 pro parte, institutis, utpote quibus nihilominus jus succe-  
 dendi tribuitur. I. 6. C. 21.

1. De testa-  
mento mi-  
litis.

2. De ac-  
quir vel  
omirt. he-  
reditate.

Testamento igitur modo prædicto legitimè constituta  
 G 2 ad ex-



ad exitum producuntur, effectumq; fortiuntur, si heres scriptus hereditatem adeat, capiat, & pro domino ac herede se gerat, solo saltem animo, verbis aut facto aliquo explicato. Licet etiam liberè possit eam repudiare, recusare aut omittere, i.e. intratempora præstituta non adire, atq; ita totum testamentum annihilare. II. 6. C. 30. 31. 33. N. 158. Effectus autem adita hereditatis est, quod omne jus defuncti, transeat tam active quàm passive in heredem, teneaturq; satisfacere creditoribus & legatariis hereditariis. Cogitur itaq; omnibus, quibus in testamento quid relictum est (apertis prius testamēti tabulis intra quintū à morte testatoris diē, & convocatis ad id à magistratu testibus signatoribus, sigilla sua recognoscentibus vel diffidentibus) tabulas testamenti legendas, inspiciendas, describendas exhibere. III. 6. C. 22. Et quod verbis testamenti inspectis, relictum esse cognoscetur, præstare. Cui oneri se non subducet, si, cum fortassis illa hereditas ab intestato ad eum pertinere potuisset, omissa causa testamenti, & ut eos circumveniat, quibus ex eo testamento aliquid debetur, ab intestato pro herede vel bon. possessore, aut alio modo, ut pro possessore (secus si titulo aliquo singulari) hereditatem possidere malit: cogitur enim nihilominus, perinde ac si hereditas ex testamento adita esset, ea quæ relictæ sunt, præstare. IV. 6. C. 39. Accidit tamen, ut illi quibus in testamēto aliquid relictum est, sive sint heredes sive legatarii, interdum seipso indignos relicto faciant, adeoq; nullam ad id petendam actionem habeant, ut ecce: Si testator occisus esse dicatur, heres autem vel legatarius non institutâ prius, ex Scto Silliano & Claudiano, quæstione in familiam servosve testatoris, (utpote quibus periculo capitis custodia domini commissa est) nec sumpto de noxiis supplicio; tabulas testamenti aperiat, publicet, adeat. V. 6. C. 35. Aut testatorē dolo malo testari, vel (dum ab intestato se successurum, oneraq; testamentaria declinaturum sperat) prohibuerit, vel (dum eam, quæ aliàs ad eum non pertinebat, hereditatem captat ex testamento) coegerit. VI. 6. C. 34.

3. Testam. quemadm. aperiantur inspiciantur describantur.

4. Si quis omisâ causâ testam. ab intest. vel alio modo possid. heredit.

5. De Scto Silliano & Claud. quorum testam. ne aperiantur.

6. Si quis aliq. testari prohib. vel coegerit.

Testamentorum igitur jura, cum suis consequentibus di-  
ctomo-



Do modo se habent, quibus licet solis directè universitas bonorum dari possit: Tamen interdum & illa non quidem directò ut hereditas, sed indirectò per fideicommissum dari potest CODICILLIS, voluntate videlicet testatoris sine solennitatibus testamenti & heredis directâ institutione, sive scripto, sive sine scripto declarata: quæ toties valet & fortitur effectum, sicuti testamentum, quoties ille, qui codicillos condidit, testamentum facere potuit. VII.6.C.36.

7. De iure codicillorum

LIBER XXX.

Hætenus quomodo universitas bonorum testamento acquiratur, nunc quomodo RES SINGULARES, vel directè per LEGATA, vel indirectè per FIDEICOMMISSA (intellige particularia, nam de universalibus supra dictum) relinquuntur, & acquirantur, ordine differendum. Inter Legata & fideicommissa olim multiplex erat differentia: quâ tamen hodie sublâ, & illis inter se invicem exæquatis, statutum, ut utraq; absq; solennibus verbis, justè, quacunq; voluntate, sive in testamento, sive ab intestato, quinq; tantùm testibus contestatâ, relinquuntur. Licet in eo remanserit differentia, quod legata modo legis, i.e. verbis imperativis & directis: Fideicommissa autem verbis precariis relinquuntur. Effectus eorum est, ut statim à morte testatoris dominium trâsferatur in eum cui relicta sunt, tribus ipi ad ea consequenda subministratis actionibus: Rei vind., Hypothecaria, & Personali. Generaliter autem de legatis & fideicommissis agere volenti, occurrit primò: Quæ nam res utiliter legari possint, quales sunt omnes illæ de quibus nulla exstat specialis aut prohibirio aut legis ratio, sicuti est in rebus commercio exemptis. I.6.C.37.41. 42. Nov. 1.131.159 169.

1. De legatis & fideicommissis

*Obsecramus*

LIBER XXXI.

Secundo: Quinam & quibus utiliter legata relinquuntur. Constitutio enim legatorum rectè fit ab omnibus illis, qui eius sunt conditionis, ut testamenta, si vellent, rectè condere possint, modò non impedimento aliquo facti (non autem iuris) detinerentur: Rectè autem & utiliter relinquuntur legata omnibus illis, qui ex testamento aliquid capere possunt.

2. De legatis & fideicommissis



possunt, tempore tūm conditi testamenti, mortis testatoris, & aditæ hereditatis. II. 6. C. 48.

LIBER XXXII.

3. De legat. & fideic.

**T**ertio: Quænam sit verborum & rerum, quæ ad legata pertinent, genuina significatio & interpretatio. Licet enim hodie non solennibus, ut olim, sed quibus-cunq; verbis, imò solo facto signoq; voluntatis, legata relinqui possint: Tamen omnino hodie idonea rerum & verborum designatione, quæ animi cogitationes explicentur, opus est: quarum omnium cognitio maximū sui in omniū testamentorū & instrumentorū clausulis & æbiguitatib; decidēdis præbet usum. III. 6. C. 38.

LIBER XXXIII. *TITULO*

1. De annuis & mensuris leg. & fideic.

**V**ideamus jam *specialius* aliquantum de nonnullis legatorum & fidei-commissorum generibus, quæ videlicet propria quædam, sui naturâ vel interpretatione, habent, quibus à reliquis distant. Inter quæ primò occurrunt legata annua & mensura, eo nempe modo relicta, ut singulis annis aut mensibus alimentorum nomine debeant præstari: quorum natura in eo habetur singularis, quod plura sint legata: & primi quidem anni vel mensis sit purum: sequentium autem omnia hanc tacitam habeant conditionem: Si vivat legatarius. Ex quo etiam est, quod morte legatarij finiantur, eiusve heredibus præstari non debeant. I. Similem ferme habet naturam legatum ususfructus & usus: nisi quod hoc capitis deminutione pereat, superius non item: Item quod in annuo legato, si legatarius in ingressu anni decesserit, eius anni legatum ad heredem suum transmittat: In ususfructus autem legato nihil ad heredem transmittatur, nisi fructus illius anni ab usufructuario sint percepti, licet ille maturis & pendentibus decesserit. Similiter quod ususfructus præscriptione tollatur, superius non item: Ab ususfructus & usus legato differt legatum operarum, quod non finiatur morte, nec capitis deminutione, nec non utendo, operæ enim in rerum natura non sunt, antequam præstentur. II. Sic *servitute* quadam re ali legatâ, sive principaliter, sive in consequentiam, cum intelligatur ius individuum, singuli heredes in solidum videntur

2. De usu & usufr. & redditu, & operis per leg. & fid. dat.

6. De servitute legat.

tur ad servitutem præstandam obligati, quæ & ipsa, sicuti superiores, morte non finitur. III. Ita dos quoq; prælegari (i.e. ante illud tempus legari, quo antea peti poterat) uxori potest, quavis antea ejus sit, & actione dotis peti possit: quod amplius scilicet quid sit in legato, quam actione dotis, quod statim à morte mariti, pluribus actionibus & quidem in solidum peti possit, quæ omnia in actione dotis secus se habent. IV. Sic differentia inter legatum optionis & electionis olim usitata, quæ optio tanquam actus legitimus tantum solenniter; electio autem arbitrariè peragi poterat, hodie est sublata, & statutum, ut legatario quocunq; modo quamcunq; rem, etiam optimam eligere liceat. V. Vini, olei, frumenti legato, non adjectâ qualitate aut quantitate, factò, heredis relictum arbitrio censetur, dare, quale aut quantum voluerit. Vini autem legato omne continetur, quod testator vini loco habebat, licet cerevisia eo nomine nõ intelligatur. VI. Sic si testator leget fundum instructum, legasse censetur, omnia quæ ibi habuit paterfamilias, ut fundus instructior esset: Continentur itaq; suppellex, penus, pecora pascendi causa comparata: Fundo autem cum instrumentis legato ea tantum continentur, quæ fructibus quærendis, cogendis, conservandis, comparata sunt. VII. Ita setvo legato, non venit peculium ejus, nisi expressè adjectum sit. Eo autem adjecto, si servus, aut alienatus, aut mortuus, aut amissus sit, etiam peculium extinctum censetur. Peculij verò nomine venit omne id, quod deducto eo, quod testatori, ejus liberis & heredi debetur, superest. VIII. Similiter in penu legata illud peculiare est, quod post moram legatarij non ipsa penus (utpote quæ facile corrumpitur) sed ejus æstimatio debeatur. Comprehendit autem penus omnia quæ esui potuiq; sunt, & per quæ edere solemus, ut oleum, muria, garum, vasa quoq; penuaria, quibus penus continetur. IX. Supellectile legata continetur omne domesticum patrisfamilias instrumentum, quod nec auro argento ve factò, nec vestibus annumeratur. X.

4. De dote præleg.

5. De optione vel electione legata.

6. De tritico, vino, & oleo legato.

7. De instructo vel instrum. legata.

8. De peculio legato.

9. De penu legata.

10. De supellectile legata.

*Relictum qd*  
*Penus quæ compre*  
*hendit*  
*Supellex*

LIBER



1. De alim.  
vel cibar.  
legat.

2. De auro,  
atq. mun-  
do, ornam.  
unguent.  
vesti &c.

3. De libe-  
rat. legata.

4. De a-  
dim vel  
transf. le-  
gatis.

5. De rebus  
dubijs.

6. De his  
quæ poen-  
causa re-  
linq.

7. De regu-  
la Catoni-  
ana.

8. De his  
quæ pro  
non script.  
hab.

**A** *Alimentis legatis, continentur non modò cibaria, verum & habitatio, vestes, (non etiam institutio aut disciplina nisi id expressum sit) omniaq; alia vitæ tolerabiliter degendæ adminicula. Cibarijs autem, i.e. quotidiano victu legato, habitatio & vestes non debentur. I. Auro & argento legato, tam factum quam infectum continentur, exceptâ pecuniâ signatâ. Mando legato intelligitur id, quo mulier fit mundior, ut specula, unguenta &c. Sicuti ornamento illud, quo fit ornatior, ut in aures, armillæ. Unguenta continent omnia, quibus unguimur, tam valetudinis quam voluptatis causa. Veste vel vestimento legato, debentur omnia, quæ induendi, præcingendi, incubandi, amiciendi &c. causa sunt parata. Statuâ legata debetur talis, qualis fuit tempore mortis testatoris. II. Liberatione legata debitori, potest & agere debitor, ut accipilatione vel pacto liberetur: & adversus agentem doli mali exceptione se tueri. III. Atq; hisce modis legata relinquuntur: sequuntur modi quibus amittuntur. Amittuntur autem vel in totum vel pro parte. IN TOTUM primò: Si adempta vel translata sint à testatore. IV. Secundò: Si testator ita dubie & ambigue locutus sit, ut intelligi nequeat, quid vel cui relinquerit. V. 6.C.38. Tertiò: Si poenæ nomine relictum aliquid sit. Id quod tamen hodie sublatum. l. un. C. de his, quæ poen. nom. VI. 6.C.41. Quarto: Si legatum tempore conditi testamenti inutiliter legatum sit: id enim, licet postea ejus fiat conditio, ut utiliter legari potuisset, tamen ex eo non convalescit, propter regulam Catonianam: Quæ tamen regula ad legata conditionalia, item ea, quorum dies ab adita demum hereditate cedit (veluti supra: qu. dies legati cedat.) non pertinet, cum ea pendeant à conditionis existentis, vel aditionis hereditatis tempore. VII. Quinto: Si legatum pro non scripto habeatur, veluti sunt: Quæ quis sibi adscripsit: quæ ei qui rebus humanis exemptus est, adscribuntur: quæ incapacibus relicta sunt: quæ intelligi nequeunt: quæ omnia si nullus sit substitutus aut collegatarius, cui acquiri accrescereve possint, apud heredem (exceptis tamen quibusdam casibus) remanent.*

IIX.



IIX. *Sextò*: si legatarius se indignum legato reddat, veluti: testatorem occidendo, aut causam mortis ei præbendo, nec ejus non vindicando, testamentum probroso nomine accusando &c. IX. 6. C. 35.

9. De his quæ ut indign. auferruntur.

LIBER XXXV. *Tit. 3.*

*Septimò*: Si conditio, sub qua relictum est legatum, deficiat, vel modus ei adscriptus non impleatur à legatario. Falsa autem demonstratio, ut & falsa causa impulsiva non vitiat legatum. I. 6. C. 44. 45. 46. Nov. 22. C. 43. 44. N. 123. c. 37. **EX PARTE** amittuntur vel deminuuntur legata per *L. Falcidiã*, ex cuius constitutione heres deducit, quod plus dodrante legatum est. II. 6. C. 50. N. 119. c. 11. N. 131. c. 12. In cujus supputatione si dubitet heres aut hæsitet, subvenit ei Prætor, jubetq; legatarium *satisdare*, ut, si apparuerit eum amplius quid cepisse, quàm ex lege Falcidia licebat, tãram pecuniam det, quantia res erit, dolusq; malus ab eo abfuturus sit. III.

1. De cond. & demõst. & mod. eor. &c.  
2. Ad L. Falcidiam.

3. Si cui plusquam per L. Falcid. &c.

LIBER XXXVI. *Tit. 4.*

Quemadmodum legata deminuuntur per legem Falcidianam, ita fideicommissa per SC. Trebellianum & Pegasianum. I. 6. C. 49. Nov. 1. 39. 108. 159. Atq; ita legata vel in totum vel pro parte amitti jam constat: Sequitur, *quomodo* ea, quæ amissa non sunt, ritè *acquirantur*. Dicuntur autem *acquiri*, quando dies eorum *cedit*, i. e. quando deberi incipiunt, nimirum à tempore mortis testatoris, si legatum sit purum, aut non sit legatum usufructus, vel in annuo legato, cæteri anni, excepto primo: Sin conditionale, aut in diem incertum relicum, non nisi *eveniente* conditione, aut existente die. II. 6. C. 53. Ne autem interea, dum conditio pendet, diesve expectatur, heres legata alienet aut consumat; jubet eum Prætor *satisdare* fideijussoribus datis, *legatorum aut fideicommissorum nomine*, ut quibus testator dari fieri voluit, his detur & fiat, dolumq; malum abfuturum. III. 6. C. 54. Quæ satisfactio si non præstetur ab herede, mittit Prætor legatarium in possessionem bonorum hereditariorum, legatorum aut fideicommissorum servandorum causa, ita tamen ut eorum custodiam saltem habeat & pignus prætorium. IV.

1. Ad SC. Trebell. & Pegas.

2. Qui dies leg. vel fideicom. cedat.

3. Ut legat. sed fideicom. ca. caventur.

4. Ut in possess. legat. vel fideicom. serv. &c.

QVAE-



QVAESTIONES CONTROVERSAE.

Ad lib. XXIX.

**T**estamentum cuiusdam, ob solennitates quasdam omissas, redditur nullum: ille autem qui successurus est ab intestato, scit evidenter, voluntatem illam in testamento eo comprehensam, esse testatoris: Quæritur, utrum in foro conscientia teneatur implere ea, quæ in testamento continentur? Negamus.

Postumus etiam hodie exheredari potest.

Exheredantur liberi ob causas pares vel maiores ijs, quæ in Nov. 115. continentur.

Ad lib. XXIX.

Privilegia testandi militibus competentia, non extenduntur ad lanios vel alios mercatores, vulgò *Marcttenter* qui castra sequuntur.

Limitanei milites testantur iure militari.

Relicta codicillis, conditione ex Lege petuntur.

Ad lib. XXX. XXXI. XXXII.

Legari res aliena etiam de iure Canonico potest.

Processus executivi pro consequendo legato non decernuntur.

Fendi legati aestimatio non debetur.

Fendum pater uni ex filijs prælegare non potest.

Ad lib. XXXIII.

Relicto legato rerum futurarum, si non existat tantum, quantum legatum est, heres tenetur ad præstationem totius.

Legantur rectè res apud hostes existentes, eò quod postliminijs in re existere intelligantur.

Aliud est legatum fundi instructi; Aliud legatum fundi cum omnibus quæ in eo sunt.

Ad lib. XXXIV.

Rei aut quantitatis in uno testamento sæpius legate aestimatio, semel tantum debetur.

Cuius legato conditio de non alienando adijci potest, sub pæna restitutionis.

F I N I S.

15 309  
*Quod faustum esse jubeat, Deus Opt. Max.*

*Ad*

PANDECTA-  
RUM IURIS CI-  
VILIS.

PARTEM SEXTAM,  
*Vti & subiectam singulorum titulorum coherentiam  
& Synopsin.*

SUB PRAESIDIO

*Viri Clarissimi, Consultissimi*

Dn. IOHANNIS Schwartzkopffe/I.V.D

IN ILLUSTRIS IULIA,

Pro virili respondebit.

LAVRENTIVS Hanewinkel/Huxariensis.

Habebitur disputatio

*Ad diem*

Horis matutinis



HELMASTADI

Typis heredum IACOBI LUCI,

Anno cl<sup>o</sup> Is cXXVI.



VIRO

*Amplmo Clarmo Consultmo*

DN. EBERHARDO Speckhan/ ICto Excel-  
lentmo & longè celeberrimo, Iuris Pontifi-  
cij in Acad. IULIA professori emerito.

*Reverendo item, Clarissimo, & Excellentissimo*

*viro*

DN. CONRADO HORNEIO, SS. The-  
ologiae Licentiato & Philosophiae Doctore  
eximio, Logices Professori in Acad. Iu-  
LIA meritissimo.

*Necnon*

*Spectatissimis, prudentissimis, Doctissimis viris*

Dn. CONRADO Brendes / Praefecto quon-  
dam in Pückelsheimb fidelissimo.

DN. GOTSCHALCK Wolff /

Reip. Huxariensis Coss. vigilantissimis.

*Patronis, fautoribus, affinibus*

*& cognato*

*MEIS*

*Iugi observantiâ*

*Colendis*

*Academicum hoc exercitium*

*Devotam mei commendationem*

*offerô*

LAVRENTIUS Ganewinckel / Hu-  
xariensis.



Digestorum

PARS SEXTA

Ad quam respondebit

LAVRENTIVS Hanewinckell/ Huxari-  
ensis.

LIBER XXXVII. *tit. 14.*

**S**uccessionem ex ultima voluntate diximus competere vel *ex iure civili* vel *ex equitate Pratoria*. Illa quomodo se habeat, in precedente parte explicatum est: superest ut ad *huius* enodationem accingamur. PRAETOR igitur eos qui iure Civili heredes non sunt, cum tamen ex naturali equitate succedere omnino debeant, licet heredes non pronunciet aut faciat, tamen in vicē hereditatis, ipsos ad utile velut dominium, jusq; hereditarium per indirectum vocat, dando BONORVM POSSESSIONEM, hoc est, facultatem persequendi retinendiq; patrimonij, sive rei, quæ cuiusq; cum moritur, fuit. *L. 6. C. 29.* Atq; in illa bonorum possessione danda, Prætor ante omnia observat, *utrum tabula testamenti extant*, i. e. utrum ex causa testati, an vero ab intestato decerni bonorum possessio debeat: Et *extantibus quidem tabulis*, liberis intra annum utilem, reliquis vero proximis intra centum dies utiles, petentibus, eam possessionem accommodat. II. Quo tempore elapso jus petitionis deperit: Exceptis furiosis, infantibus, mutis, surdis, cæcis, quibus hæc tempora non cedunt. III. Datur autem ejusmodi possessio, extante ultima voluntate, dupliciter, aut contra tabulas, aut secundum tabulas. CONTRA TABULAS datur liberis in eo testamento præteritis, tam *emancipatis* ( utpote, qui iure civili ob dissoluta suitatis vincula poterant præteri-

1. De bon. possessionibus.

2. Si tab. testara extant.

3. De bon. poss. furios. inf. muto surdo &c.

H ri)



312

4. De bon. poss. cont. tabul. ri) quàm  *suis*  (ut voluntas patris verecundo potius hoc facto rescindatur, quam jure stricto pro nulla declaretur) IV. 6. C. 12. 13. Cum hisce tamen conditionibus.  *Primò: ut legata*  (olim saltem quædam, hodie omnia)  *in eo testamento relicta præstentur. V. Secundò: ut filij emancipati bona sua, VI. 6. C. 20. N. 18. & filia dotem à patre datam, in commune cum alijs liberis conferant. VII. N. 18. Tertio: ut emancipatus, si pater filios ejus, eo emancipato in potestate retinuerit, una cum his filijs suis, utpote avi suis heredibus, concurrat & jungatur: in hunc finem, ut ipse suam quidem partem debitam accipiat, eam tamen cum filijs suis ita dividat, ut ipse dimidiam partem, reliquam vero liberi habeant: quare neq; hodie, sublatâ suicitatis & agnationis differentiâ, amplius opus. VIII. Nomine autem liberorum, quibus hanc possessionem accommodari diximus, veniunt non tantum nati, verum etiam nascituri, & adhuc in utero existentes, propter evidentem utilitatem, quæ ipsos pro natis in plurimis alijs casibus habet. IX. Veniunt item illi impuberes, quibus fortè status quæstio movetur; ut videlicet illis nihilominus, ea quæstione non attentâ, hæc possessio detur, quæstio autem illa usq; ad tempus pubertatis differatur, idq; ex constitutione  *edicti Carboniani. X. 6. C. 17. SECUNDVM TABVLAS, datur heredibus quibuscunq; scriptis, ut expeditiorem quidem ad hereditatem haberent aditum, potissimum verò, ut illi, qui in testamento jure quidè facto sunt instituti, propter infirmatum tamen testamentum jure civili succedere non poterant, hac viâ nihilominus admitterentur. XI. 6. C. 11. Vtramque hanc possessionem non tantum descendentes, verum etiam ascendentes ex eadem æquitate Prætor attribuit, ut videlicet eodem modo, quo filio, ita etiam parenti, qui filium manumisit, i. e. emancipavit, in filij testamento præterito (aut instituto) competat, nisi aut pater accepta pecunia emancipaverit, aut à filio vivo, ne judicia ejus inquietaret, quid acceperit. XII. aut filius f. fuerit miles, utpotè in quorum testamentis seu tabulis illud singulare est, quod quidem secundum, non autem contra eas bonorum possessio detur. XIII.**

5. De leg. præst. bon. poss. pet. 6. De c. l. lat. bon. 7. De col. lat. dotis. 8. De con. cum em. liberis. 9. De ven. tic in poss. mitt. & curat. eius. 10. De Carbon. edic. 11. De bon. poss. secund. tabul. 12. Si à parente quis manu miss. 13. De bon.

Simi-

Similiter & Patronis datur possessio hæc secundum vel contra tabulas liberti, quippe quibus ob *ius patronatus* non tantum hæc successio XIV. 6. C. 4. verum etiam *obsequia* debentur: non secus atq; patris persona filio emancipato semper honesta esse debet. Cum uterq; & *hic* quidem vitam naturalem & statum suum publicum, *ille* vero vitam civilem seu libertatem illi debeat, XV. 6. C. 6. N. 78. c. 7.

poss. ex Te-  
stam. mi-  
lit.  
14. de iure  
patrona-  
tus.

LIBER XXIIIX. *Tit. 17.*

15. de ob-  
seq. pa-  
rent. & pa-  
tron.

**I**D autem quod de successione patronis debita diximus, recipit hanc limitationem, ut sit in patroni libera potestate, tempore manumissionis in autoramentum istius beneficij stipulari *operas* a liberto, utpotè quæ aliàs ipsi non debebantur I. 6. C. 3. aut de bonis liberti demortui certam portionem, omiſsa stipulatione, ex ipsius legis dispositione expectare. II. 6. C. 4. Id quod non tantum in patrono, homine privato, verum etiam *universitate* quadam, quæ servum suum emancipavit, obtinet. III. 6. C. 1. Et in filios quoq; patroni, cui hunc libertum pater *assignaverit*, continuatur. IV. Adeò ut omnes illi, si videlicet ob alienationem bonorum a liberto fraudulenter factam, debitam portionem consequi non possint, huiusmodi alienata licitè revocare possint. V.

1. de ope-  
ris liber-  
torum.  
2. de bonis  
liberti.  
3. de libert.  
munic.  
4. de af-  
sign. libert.

Atq; ita se habet successio *ex ultima voluntate*, subsequitur illa, quæ defertur **AB INTESTATO**, quæ eadem ratione, qua superior, est vel *prætoria* vel *civilis*. Et ut de **PRAETORIA** prius agamus, atq; seriem successionis prætorie ceptam absolvamus: vocat **Prætor PRIMO loco**, tabulis nullis extantibus, **LIBEROS** non tantum suos, verum etiam emancipatos, quos nempe iure Civili ea successio non attinebat. VI. 6. C. 14. **SECUNDO** proximos *agnatos*, seu legitimos, ex virili cognitione conjunctos. VII. 6. C. 15. **TERTIO** proximos *cognatos*, qui per lineam duntaxat *foemininam* junguntur. II X. 6. C. 15. Eosq; omnes cum hac expressa conditione: Vt bonorum illam possessionem intra definitum tempus utile, *sui* quidem intra annum, *ceteri* autem intra centum dies petant, scituri, si vel intra illud tempus non petierint, vel mortui fuerint, jus tale vel ejudem gradus personis, vel deinceps *cæteris* in pro-

5. Si quid  
in fraud.  
patroni.  
6. Si tab.  
te st. nulla  
extab. vn-  
de liberi.  
7. Vnde le-  
gitimi.  
8. Vnde  
cognati.

H 2

ximo



9. De suc-  
cess. edict.  
10. De  
grad. & af-  
finibus &  
nomin.  
11. Vnde  
vii &  
uxor.  
12. De ve-  
ter. & mi-  
lit. success.  
13. Quib.  
nō comp.  
bon poss.  
14. Vt ex  
l. s. bon.  
poss. detur.  
15. Quis  
ordo in  
bon poss.  
serv.  
16. De suis  
& legitim.  
her.  
17. Ad Se.  
Tertull.  
& Officia.

*ximo gradu petentibus, vi successorij edicti competiturum. IX. 6. C. 16.* Nam in tota hac successione prætoria, ut & ipsa civili, accurata habetur ratio *graduum*, ut videlicet illi qui in succedentium ordine sunt gradu proximiores, habeantur quoq; in causa successionis potiores, & remotiores excludant. X. *Ext. lib. 4. tit. 14. Clem. lib. 4. t. 1.* *Quarto loco* defertur possessio *viro & uxori*, qui quæve mortis tempore in iusto matrimonio fuit, & alia ratione cognatis vel agnatis præferri non potuit. XI. 6. C. 18. N. 12. c. 28. N. 53. c. 6. N. 74. c. 5. N. 117. c. 5. In militum intestato decedentium successione, omnia ea, quæ hætenus dicta sunt, obtinent, nisi quod cognati ad quintum gradum saltem admittantur: & in militis damnati bonis non fiscus, sed ij, ad quos aliàs ea spectarent, succedant. XII. Deniq; unicè id agit Prætor, ut non tantum omnibus hæc, quos ipse pro sua æquitate vocat (nisi fortasse ipsis ex quibusdam causis non competat bonorum possessio. XIII. 6. C. 9.) verum etiam alijs, qui lege, S. C. to, vel constitutione vocantur, illa possessio accommodetur. XIV. Servato tamen ordine congruo, ut cuilibet gradui & ordini sua prærogativa relinquatur, & tempora possessionis petitioni præfixa accuratè observentur. XV. Superest *successio ab intestato CIVILIS*, in qua eadem fermè obtinet ratio succedendi, quoad gradus & ordines, quæ in Prætoria, nam primò vocantur sui: *Secundo legitimi* seu proximi cognati. XVI. 6. C. 55. usq; ad 62. N. 39. c. 2. N. 84. 86. c. 15. N. 89. 118. 127. quibus legitimis ex S. C. Orficiano annumerabatur *filius respectu bonorum maternorum*, & ex S. C. Tertulliano *mater respectu bonorum filij*. XVII. Vltiores ordines ex Iure civili non admittebantur, sed præferre batur ipsis fiscus.

LIBER XXXIX. *T. L. T. 5.*

**A**bsolutis judicijs CIVILIBVS, quæ ex jure Civili descendunt, reliquum est ut annectamus quoq; PRÆTORIA, ea nempe, quæ Prætor pro sua jurisdictione & æquitate pollicetur. Quorum licet nonnulla in præcedentibus sint explicata, ut non immerito & eorum tractatio huc rejicienda fuisset: tamen quia ob eorum cum cæteris civilibus coherentiam commodè separatio institui non poterat, uniusq; cognitio





gnitio alteri lumen quoddam apponere videbatur, merito compositores nostri in eo veniam mereri possunt. Nos ad ad ea, quæ supersunt, nos convertimus.

Sunt autem in quadruplici differentia: Aut enim ex variis quibusdam causis sunt proposita, Aut sunt liberalia, Aut possessoria, Aut ex stipulationibus Prætoris competentia. Primi generis causæ VARIÆ, pertinent vel ad damnum, vel ad lucrum. DAMNUM illud sive futurum avertendum, sive factum resarciendum. FUTURUM quidem, veluti: si opus quoddam novum, seu structura in re soli, eademq; prophanâ, fiat, i. e. pristini operis facies mutetur, ex quo damnum sive præjudicium rei vel juri nostro sit metuendum, competit illius operis nunciatio seu prohibito, contra facientem, quâ, autoritate Prætoris, cogitur, aut ædificatione, donec jus ædificationis à Præatore examinetur, desistere, aut satisfacere de opere in pristinam formam restituendo, si injuria factum esse postea constiterit. I. 8. C. 12 Ext. lib. 5. t. 32. Sic illi, qui damnum ex vicinis adibus ruinosit, suggrundis, eminentibus illis partibus tecti, ad avertenda stillicidia comparatis, aut projectionibus, quibus tecta & parietes defenduntur, timet infectum sive futurum: si juret, se non calumniæ causa petere, jubet Prætor dominum aut possessorem ædium cavere de damno sarciendo, si quod datum erit. II. Eodem modo, quoties aqua pluvia propter opus quoddam manu factum aliter fluit, quam naturâ solebat, atq; ea de causa nocitura est agro vicini, datur à Præatore actio aqua istius pluvia arcenda, contra eum, qui opus istiusmodi fecit. III. ad FACTUM damnum resarciendum, proponit Prætor editum tale: Si publicani, (qui à fisco vectigal, præstationem videlicet ex rebus invectis & evectis, causa publici commectus factam, conduxerunt) supra statutum numerum vi aut dolo, sive ipsi sive ipsorum familia, aut per concussionem, injecto terrore, exegisse, sive etiam ex mercibus quid furripuisse deprehensi fuerint, ut ad eius restitutionem intra annum in duplum, post annum in simplum teneantur, & præterea extra ordinem puniantur. Si vero à prætereuntibus vectigal solutum non sit, ut res ea præter vecta in commissum cadat.

Judicia Prætoris  
Ex variis Causis

1. De nov. op. nunciat.

2. De damn. inf. & de suggr. & project.

3. De aq. & aq. pluv. arcendæ

4. De public. & vectigal. & commissis

H3

& fisco



& fisco vindicetur. IV. 5. C. 61. 62. N. 147. 148. 163. 166. 168. Ad LV ERVM consequendum pertinet illa Prætoris constitutio, qua olim donationes, utpote quarum nomine nulla jure civili cōpetebat actio, velut justum acquirendi modum confirmavit, & de iis postea jus dici fecit, sive illæ sint purè, sive in diem, sive sub conditione, sive inter vivos. V. 8. C. 54. 55. 56. N. 92. 101. 162. sive mortis causæ factæ: quarum posteriores legatis postea sunt adæquatæ, utin ipsi dominiū civile absq; traditione translatum, atq; ob id civilis quædam vindicatio prodita sit. VI. 8. C. 57. N. 87.

5. De dona-  
tibus.

6. De  
mort. caus.  
donation.

1. De ma-  
numissio-  
nibus.

2. De man-  
vindicta

3. De man-  
serv. univ.

4. De man-  
test.

5. De fi-  
deic. lib.

6. De ad. li-  
bert.

7. De statu-  
lib.

8. Qui sin-  
man.

9. Qui &  
à quib.

10. De jur.  
aur. annul.

11. De na-  
tal. restit.

12. De lib.  
caus.

13. Qui ad  
lib. procl.

14. Si ing.  
esse dica-  
tur.

15. Ne de  
stat. de-  
funct.

16. De col-  
lul. deteg.

## LIBER XL. *TIT. XVI.*

Judicia prætorica LIBERALIA competunt de causis, in quibus manumissionum & libertatum jura, atq; adeo causæ & possessio status in controversiam vocantur. Est autem manumissio nihil aliud, quam de manu i. e. potestate dimissio. I. 7. C. 5. Et seqq. N. 13. 123. c. 4. N. 153. c. 1. Et peragitur variis modis, veluti primò: VINDICTA. II. 7. C. 1. quomodo non tantum servi privatorum, verum etiam universitatis manumittuntur. III. Secundò: TESTAMENTO, sive illud fiat directò IV. 7. C. 2. 3. N. 78. c. 4. N. 119. c. 2. sive indirectò per fidei commissum. V. 7. C. 4. Testamento autem libertas non tantum dari, verum etiam rursum adimi potest, VI. & dari vel purè vel sub conditione: quæ conditio dum pendet, illi quibus libertas relicta est, statu liberi appellantur VII. 7. C. 21. qui & ipsi nonnunquam citra ullam manumissionem libertatem consequuntur, veluti: si conditio extiterit, & heres eos manumittere distulerit IX. Nisi potestas in fraudem creditorum manumittendi L. Aelia Sentia testatori prorsus sit adempta. IX. Effectus manumissionis sunt: primò; ut manumissus, præter libertatem ac jus civitatis, interdum consequatur ius aureorum annulorum, i. e. nobilitatis X. 7. C. 8. & jus ingenuitatis, si videlicet sit natalibus à Principe restitutus. XI. 7. C. 8. Secundò: quod in judicio liberali, de causa nempe status instituto, pro libertate debeat pronunciari XII. 7. C. 18. Ad quale judicium provocare non potest servus alteri ereptus, & postea manumissus; item maior XX. annis qui semetipsum ad pretium participandum venum dedit. XIII. 7. C. 18. Id quod tamen liberto, qui  
intra

intra quinquennium à tempore manumissionis se ingenuū esse  
sciatum docere velit, est concessum. XIV. 7. C. 14. In huiusmo-  
di autem liberalibus judiciis illud singulare est, quod de statu  
defunctorum, quoties de eorum servitute agitur, ultra quin-  
quennium agi non oporteat. XV. & dominorum collusio cum servis su-  
is ad libertatem provocantibus facta, singulari pœna coër-  
ceatur. XVI. 7. C. 20.

LIBER XLI. *tit. 1.*

Sequuntur judicia Prætoria Possessoria, in quibus vide-  
licet de possessione atq; exinde existentibus controverfi-  
is lites agitantur. Priusquam autem possessionis ipsius na-  
tura explicetur, præmittenda sunt quædam ad munendum  
huiusmodi cognitioni aditum, de DOMINIO, utpote ex qui-  
bus possessiones omnem vim mutuantur. Est autem domini-  
um, jus quo res natura est: & acquiritur vel de Iure gentium,  
per occupationem, accessionem, specificationem & tradi-  
tionem, vel in re civili, modis tam singularibus, quam univër-  
sibus. I. POSSESSIO est rei cuiusdam detentio, cum affectu  
seu animo sibi possidendi: cuius varii & præstantissimi sunt  
effectus. II. 7. C. 32. N. 167. Inter quos tamen præcipuè eminet  
ille, quod per longam possessionem de jure civili acquiratur  
rei alienæ possessæ dominium, videlicet per usucapionem, ni-  
si illa legitimi temporis possessio sit per usurpationem interru-  
pta. III. 7. C. 26. 30. 31. Usucapio autem illa ut procedat, omnino  
requiritur, ut illa possessio ex justa & legitima causa sive ti-  
tulo sit translata, qualis titulus est: Si quis rem alienam loco  
solutionis à non domino acceperit. IV. aut eam revera emerit.  
V. aut pro herede, bonorumve possessore prætorio ex causa he-  
reditatis & bonorum possessionis prætorix teneat. VI. 7. C. 29.  
aut ex causa donariensis, cum eam putaret esse donantis, acce-  
perit. VII. 7. C. 27. aut eam, cum putaret esse à domino dereli-  
ctam, tanquam vacuum occupet. IX. aut per legatum eam à te-  
statore, IX. aut in dotem à constituyente sibi datam acceperit.  
X. 7. C. 28. aut ex generali alia aliqua causa rem illam tanquã  
suam ex certo vel incerto. titulo, ad transferendum tamen  
dominum habili, possederit XI.

1. De ac-  
quir. rer.  
domin.

*Posses*

2. De ac-  
quir. vel ac-  
mut. pos-  
sess.

3. De usurp.  
& usuc.

4. Pro so-  
luto.

5. Pro emp.  
6. Pro her.  
& poss.

7. Pro do-  
nato.

8. Pro de-  
relieto.

9. Pro le-  
gato.

10. Pro do-  
te.

11. Pro suo.

LIBER

LIBER XLII. Tit. 9.

1. De re ju-  
dic. & eff.  
sent. de  
interlocut.

2. De con-  
fessis.

3. De cess.  
bonor.

4. Quib. ex  
caus. in  
poss. ead.

5. De reb.  
auct. iud.  
possid. vel  
vendend.

6. De pri-  
vil. credit.

7. De separ.  
bonor.

8. De curat.  
bon. dato.

9. Quæ in  
fi. credit.

DE huiusmodi igitur possessione si controversiæ incide-  
rint, eæ, sicuti quælibet aliæ, judiciali autoritate ex-  
plicantur, idq; modo vel ordinario vel extraordinario. ORDI-  
NARIUS præcipuè obtinet, quando creditores mittuntur in  
possessionem bonorum debitoris, idq; tum demum, quan-  
do vel æs illud debitoris alienum liquidum declaratum est  
sententiâ iudicis, quæ in rem iudicatam transit. I. 7. C. 42. usq; ad  
61. Caus. 2. q. 1. Ext. lib. 2. tit. 27. VI. lib. 2. t. 14. Clem. lib. 2. tit. 10. vel de-  
bitor propriâ confessione debitum non abnegavit, sed confes-  
sus est II. 7. C. 50. Ext. lib. 2. tit. 18. VI. lib. 2. tit. 9. Vel debitor ipse bo-  
na sua sponte dimittere, & creditoribus cedere paratus est.  
III. 7. C. 71. vel aliàs moras frustratorias contumaciter neçit,  
quibus iudex compulsus, creditores tam ex primo quam se-  
cundo decreto in possessionem mittat. IV. Fit autem missio  
illa non aliter, nisi autoritate iudicis seu Prætoris, etiam invi-  
tis interdum debitoribus, & manu quoq; militari, si opus  
fit, adhibitâ. Idq; ad eum effectum, ut si neq; his omnibus  
commoveatur debitor, nec creditoribus satisfaciat, pote-  
stas fiat creditoribus, res huiusmodi distrahendi, & preti-  
um pro rata cuiusq; crediti, æqualiter inter se distribuendi  
V. 7. C. 72. N. 53. c. 4. Habitâ tamen omninò ordinis ratione, ut  
de pretio primùm illis satisfiat, quorum jus potius est, aut  
qui singulari aliquo prioritatis gaudent privilegio: VI. N. 53. c. 5.  
N. 91. c. 1. N. 97. c. 3. 4. Et si debitor diversa fortassis habeat bo-  
na, quæ ad creditores æqualiter non spectent (fortè quod  
e.g. quædam bona hereditatis nomine possideat, cuius he-  
reditatis singulares quoq; sint creditores) ut tum separatio  
huiusmodi bonorum instituatnr, & singuli creditores ad sui  
principalis debitoris bona admittantur. VII. Ut autem  
eò magis omnibus fraudibus obviam eatur, & unde quaq;  
æqualitas, quantum fieri potest, observetur, solet à magi-  
stratu extra ordinem, aut etiam ipsis creditoribus huiusmo-  
di debitoris bonis, curator præfici, ut ille bona tueatur, di-  
strahat, & ex redacto creditoribus satisfaciat. IX. Revocâ-  
tur item omnia bona, à debitore distractionem bonorum  
metu-

metuente, in fraudem creditorum alienata & interversa: datâ ad id à Prætorè *actione Pauliana seu Calvisiana*. IX. 7. C. 57.

LIBER XLIII. *TIT. 33.*

**A**Tq; hoc modo ordinaria se habet possessorij iudicij applicatio. EXTRAORDINARIE exercetur illud duplici potissimum modo, nempe vel per *interdicta*, vel per *Exceptiones*. INTERDICTIS, seu extraordinarijs actionibus, pro iisdem substitutis, citra solennitatem verborum agimus de possessione aut *acquirenda*, aut *retinenda*, aut *recuperanda*. I. 8. C. 1. Sunt autem interdicta vel *universalia* vel *particularia*. UNIVERSALIA sunt hæc: *Quorum bonorum*, competens heredi alijve successori, contra occupatorem rei hereditariæ, quam pro herede vel possessore possidet, ad possessionem hereditatis acquirendam. II. 8. C. 2. *Quod legatorum*, competens heredi ad id, ut quod quisq; legatorum nomine non ex voluntate heredis, sed propria autoritate occupavit, restituat. III. 8. C. 3. *Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est*, quo Prætor omnes possessiones à se decretas, generaliter tuetur: & eum, cujus dolo malo quis in possessione turbatur, jubet possessionem restituere, aut damnari ad id, quanti ea possessio est. IV. *De tabulis testamenti aut alterius cuiusdam ultimæ voluntatis exhibendis*, contra eum, qui se vel possidere eas negat, vel exhibere recusat: ad id, ut eas coram magistratu exhibeat, & ut postea de valore earum cognoscatur. V. 8. C. 7. SINGULARIA pertinent ad res vel *divini* vel *humani iuris*. De DIVINI iuris est interdictum: *Ne quid in loco sacro fiat*, quo videlicet ejus usus vel impediatur vel dedecoretur, & si quid factum sit, ut in veterem formam restituatur. VI. HUMANI IURIS res sunt aut *publica* aut *privata*. De PUBLICIS locis & *itinibus* primùm in genere interdicitur, ne quid fiat in loco publico, quod nocere possit, & ut caveatur non fieri: VII. In specie deinde datur interdictum, primò: *De via vel itinere publico, ejusq; vel usu*, ne videlicet quid fiat in ijs, quo deteriora reddantur aut fiant, & quod factum est, ut boni viri arbitrato restituatur. IIX. Sive id noceat privato, sive ei qui publica loca conduxit, quemadmodum sunt publicani. IX. Item ne vis fiat ei qui v-

x. de interdictis.

*Interdicta UNIVERSALIA*

2. Quor. bonor.

3. Quod legator.

4. Ne vis fiat ei.

5. De tabul. exhib.

*SINGULARIA*

6. Ne quid in loc. sac.

7. De loc. & itin. publ.

8. Ne quid in loc. pub.

9. De loc. publ. frus.

I titur



11. De via. publ.  
 12. De flu. minibus.  
 13. Ne q in flum publ.  
 14. Ut in flum publ.  
 15. De ripa munitenda  
 16. De vi & vi arm.  
 17. Vti possid.  
 18. De superficie.  
 19. De itin. act. priv.  
 20. De aq. quot. & act.  
 21. De rivis.  
 22. De fonte.  
 23. De cloacis.

titur via itinereve publico. X. *Vel refectio*, ne videlicet vis fiat ei, qui viam iterve publicum reficere vult. xi. *Secundo: De fluminibus publicis*, ne quid in eis, ripave eorum fiat, quo deterior statio vel navigatio sit: & quod factum sit, ut restituatur. xii. Item, ne quid fiat in flumine publico, quo aliter aqua fluat, quam priori estate fluxit, & quod factum erit, ut restituatur iumentibus ejus qui fecit. xiii. Item: Ne vis fiat ei qui in flumine publico piscatur, qui in eo, lacuve, fossa aut stagno publico navigat, aut alias eo, ripave ejus, uti oportet, utitur. xiv. *Tertio: De ripa fluminis*, ne vis fiat eam, agrumve qui circa ripam est, reficienti, tuenti, aut munitenti. xv. De PRIVATIS rebus proposita edicta competunt vel ad rem familiarem iungulorum tuendam, vel officij, vel juris sui tuendi causa l. 2. § 1. *de interd.* AD REM FAMILIAREM TUENDAM pertinent sequentia. Et pro recuperanda quidem possessione interd. *Vnde: Vi* datur ei, qui per vim de possessione rei immobilis dejectus est, adversus eum, qui vim fecit, etiam sine dolo malo aut culpa sua possidere desierit. xvi. § C. 4. 5. *Pro retinenda* autem possessione datur interdictum, *Vti possidetis*, quo Prætor adversus eum, qui possessionem alterius sibi arrogat, aut quo alio modo possidentem turbat, tuetur possessionem rerum *corporalium* immobilium. xvii. § C. 6. Etiam *superficierum* live ædificiorum, quæ quis in alieno sola eâ lege à domino conducto, ædificat. xix. Pro rerum autem *incorporalium* seu servitutum possessione tuendâ, varia dantur interdicta; veluti: *Destinere actûq; privato*, ne vis fiat, quominus quis ijs & utatur, aut eas reficiat. xix. *De aquæ privatæ quotidiana æstiva & hyberna* ducendæ possessione, vel adipiscenda vel retinenda xx. *De rivo*, per quem aqua ducitur, reficiendo, ne vis fiat reficienti. xxi. *De fontis* usu non impediendo, nec reficienti vim inferendo. xxii. *De cloacis*, tubis, fistulis & canalibus, omnibusq; locis concavis, per quæ colluvies fluit: ne vis fiat eas reficienti aut purganti, nec in illis quid fiat, quo usus earû deterior fiat: factûq; restituatur. xxiii. Et generatim omnium omninò rerum privatarum possessionem ita tuetur Prætor, si vel *vi* vel *clam* in illis aliquid factum sit, ut illud

lud



lud restituatur. Intelligitur autem vim facere, qui quolibet modo per vim, aut etiam contra nunciationem novi operis, adversarium in possessione turbat. xxiv. modo nunciatus habeat jus nunciandi, aut nunciationem factam non remiserit, vel per nudam voluntatem vel accepta satisfactione de demoliendo rursus opere, si causa cognita, injuria ædificatum esse confiterit, de quo supra: de dan. inf. xxv. Generatim interdum possessionem tunc Prætor ejus, qui precario conceffit, adversus eum, qui precario accepit, ut res restituatur, aut omne interesse præbetur. xxvi. §. C. 9. Ext. lib. 3. tit. 14. Ita pro re privata datur interdictum de arboribus, quæ in ædes vel fundum vicinum propendent, recidendis. xxvii. De glanæ caduca, fructibus scilicet omnibus, qui in vicinum fundum ex nostra arbore ceciderunt, intra triduum colligenda, ne videlicet vis aut impedimentum fiat colligenti. xxviii. Officii causa proponitur interdictum: De libero homine, qui ab alio quodam dolo malo, injuriâ, & invito detinetur, exhibendo, cuilibet agere volenti, ob communem libertatis favorem, competens. xxix. §. C. 8. Iuris Servandi Causa datur parentibus, liberos in potestate habentibus, interdictum de liberis ab eo à quo detinentur, exhibendis, aut postquam jam exhibiti sunt, sine cujusquam violenta prohibitione aut impedimento, ducendis. xxx. §. C. 8. Super sunt adhuc tria interdicta, pro rerum privatarum mobilium possessione competens, veluti: Vtrubi, pro retinenda possessione competens, adversus eum, qui possidentem in possessione rei mobilis turbat. xxxi. Item, si inquilinis migrare volentibus impedimentum creetur, quo minus res suas è domo conductâ, finito locationis tempore, transportare & evehere possint, datur interdictum de migrando, ne res illas suas auferentibus vis fiat, modo de solutione pensionis satisfactum sit domino: aut res illæ; ratione pensionis non solutæ; domino expressè vel tacite obligatæ non sint. xxxii. Nam quæ in casum non solutæ pensionis domino obligatæ sunt, illas non modo potest dominus, donec sibi satisfiat, retinere, verum etiam si transportata aut alienata sint, ex interdicto Salviano repetere & persequi. xxxiii. §. C. 9.

24. Quodvi aut clam.  
 25. De demissionibus.  
 26. De precario 10.  
 27. De arbor. cad.  
 28. De glanæ de leg.  
 29. De hom. lib. exhib.  
 30. De lib. exhib. & duc.  
 31. Vtrubi.  
 32. De migrando.  
 33. De Salviano idem.

LIBER XLIII. *tit. 7.*

**S**ecundo diximus possessiones *extraordinarie* defendi **Exc**ceptionibus, veluti: quando agentem ad possessionem mihi auferendam, repello exceptione quadam, excludendo videlicet & repellendo id, quod in intentionem seu libelli conclusionem fuit deductum; qualis est illa exceptio, quæ a *has præscriptio longi temporis* appellatur, quæ se possessor adversus dominum tuetur: *præiudicia* item, quæ eadem ratione pro tuenda possessione in modum exceptionis opponi possunt. *l. 16. l. 18. ff. h. t.*

1. de except. præscript. & præiud.

2. de except. rei iudic.

3. de div. & tempor. præscript. & access. possess.

4. de doli mali & met. except.

5. Quar. rer. act. non de. tur.

6. De litigiosis

Cum autem non tantum hæc pro tuenda possessione competentes exceptiones, verum etiam omnes alias Prætor dare solitus fuerit, exinde quoq; non immerito hic inter iudicia Prætorica *de Exceptionibus omnibus in genere* agitur, & postmodum quædam de præcipuis exceptionum speciebus proponuntur, veluti sunt, *præscriptiones, præiudicia. l. 7. C. 22. 23. & seq. 8. C. 36. 37. N. 9. 36. 93. c. 1. N. 119. c. 7. 8. N. 23. c. 2. Caus. 16. q. 3. 4. Ext. 2. tit. 25. 26. VI. lib. 2. tit. 12. 13. Clem. lib. 2. tit. 11.* *Exceptio rei* sive quætionis inter easdem personas antea *indicata*, & jam de nouo ab auctore motæ. II. *Exceptio præscriptæ actionis*, cuius præscriptionis tempora pro varietate actionis variè se habent, ut in annualibus actionibus annus utilis, in *vendicationibus* triennium, decennium, vicennium, vel ulterius: in quo tamen sciendum, regulariter *temporum accessiones*, ut nempe continue tur tempus defuncti cum tempore heredis, considerari: in *accessionibus* autem possessionum nihil certi posse definiri. III. *Generalis illa doli mali, metusve* specialis exceptio, competens contra eum, qui id, quod qualibet exceptione excludi potest, petit. IV. *Exceptio non competentis actionis.* V. Et deniq; *Exceptio litigiosæ*, competens contra eum, qui sciens emit rem *litigiosam*, de qua judicialiter litigabatur, ad cuius possessionem vel nondum acquisitam, vel postea amissam, agere intendit. VI.

Ultima *iudiciorum* sive *actionum Prætoriarum* species restat, **EXSTIPULATIONIBVS** competens: Licet enim stipulationes ad plerosq; contractus variasq; hominum actiones pertineant,





ant, tamen quia Prætor sponſionibus, ſtipulationum propriis, præcipuum uſum & vim addidit: eas præcipue iudicijs adhibuit & per eas litigantium tum ſecuritati conſulere, tum temeritatem coercere voluit: non immerito iudicijs prætorijs annumerantur. Vt autem eò melius & facilius ſtipulationum doctrina, alioquin multis difficultatibus referta, intelligi queat, primùm præmittitur generalis omnium obligationum, exindeq; orientium actionum doctrina. Eſt enim obligatio juris vinculum, quo quis neceſſitate adſtringitur alicujus rei ſolvendæ, cogendus alioquin ad id per actiones competes & competentimodo inſtitutas. VII. 4. C. 10. & ſeqq. N. 52.

7. De obligation. & action.

QVÆSTIONES CONTROVERSAE.  
Ad lib. XXXVII.

**B**onorum poſſeſſio neq; hodie omnino inutilis.  
Post teſtamentum legitimatis, in eo tamen non inſtitutis, datur bon. poſſeſſio contra tabulas.

Filius familias ſumptus ſtudiorum, & ad aſſumendum gradum à patre datos, conferre non tenetur.

Ad lib. XXXIIX.

Legitimati per ſubſequens matrimonium, parentibus cum reliquis liberis per omnia ſuccedunt. An etiam in feudis? Negamus.

Fœmina propter exiſtentiam maſculi à feudo ſemel excluſa, in perpetuum excluſa non cenſentur.

In ſucceſſione aſcendentium, non eſt attendenda bonorum diſtinctio.

Fratrum filij ſoli, de iure Civili (etiam ante Conſt. Caroli V. de Anno. 1529.) non in ſtirpes, ſed in capita ſuccedunt.

Tutor non præfertur fiſco in bonis pupilli.

Ad lib. XXXIX.

Opere novo nunciato, ſive ius nunciantis ſit dubium, ſive ei planè non competat, omnis edificatio planè prohibita, adeo, ut ea, quæ ſpreta nunciatione edificata ſunt, ante omnia ſint demolienda.

Socius ſocio damni infecti cautionem præſtare tenetur ſub diſtinctione.

Conſti-



Constitutioni L. si unquam C. de reuoc. don. à patre reuocari nequit.

## Ad lib. XL.

Statu liber annumeratur seruis.

Adscriptiti non sunt serui, sed liberis accensentur.

Iusta manumissionis (à minore peragenda) causa est, si seruis procuratoris habendi gratia, non minor XVII. annis manumittatur. Id de procuratore ad negotia, non autem ad litem intelligendum esse, putamus.

## Ad lib. XLI.

Immobilia ab hostibus capta, non capientium privatorum, sed principis eorum sunt, secus in mobilibus.

Possessio absq. corporali apprehensione, ne quidem in suum heredem ipso iure continuatur.

Bonam fidem censetur haberi is, qui de iure suo dubitat.

## Ad lib. XLII.

Compromissarij pronuntiatio, proprie nec sententia, nec res iudicata.

Propter testamentum post sententiam repertum, retractari sententia potest.

Cessio bonorum ita facienda, ut cedenti ad victum quotidianum quid remaneat.

Inducia moratoria, debitoribus contra creditores indulgeri solita: sunt, ipso iure nulla, nisi debitor cautionem sufficientem praestiterit, sed elapsis induciis debitum cum usuris restitutum.

## Ad lib. XLIII.

Interdicta pertinent ad actiones reales.

Deiectus de possessione, ad eam recuperandam agere non potest interdicto: Vti possidetis.

Agenti interdicto retinenda, non obstat exceptio domini.

Agens interdicto recuperanda, debet probare: I. Suam possessionem. II. Deiectionem ab adversario factam.

## Ad lib. XLIV.

Exceptio excussionis, competens fideiussoribus, est peremptoria.

Exceptiones peremptoriae, in initio litis omissa, postea nihilominus opponi possunt, etiam quandoq. post sententiam.

Actionis verbo non continetur exceptio.

Vera contractus definitio in l. 19. de Verb. sig. habetur.

R I N I S.

325  
16  
Quod faustum esse iubeat Deus Opt. Max.

Ad

PANDECTA-  
RUM IURIS CI-  
VILIS

PARTEM SEPTIMAM,

*Vsi & subjectam singulorum titulorum Coharentiam  
& Synopsis*

SUB PRAESIDIO

*Viri Clarissimi Consultissimi*

Dn. IOHANNIS Schwartzkopffs I. V. D.

IN ILLUSTRIS IULIA

*Pro virili respondebit*

IUSTVS Oldenbörger/ Hamelensis.

Habebitur Disputatio

*Ad diem*

Horis matutinis.



HELMÆSTADI

Typis heredum IACOBI LVCI,

Anno clō 1ō cXXVI.



VIRO

*Amplmo Clarmo Consultmo*

DN. VVVLBRANDO REHDE-  
NO, IC. & Advocato celeberrimo,

*Nec non*

*Præstantmis eruditione præclarâ, & humanitate singu-  
lari eminentmis viris*

Dn. IOHANNI Freudenhammer/ Se-  
ren<sup>mo</sup> Brunovicensium Duci Secretario di-  
gnissimo.

Dn. HENRICO ERNESTI, Reip.  
Helmstadiensis Senatori vigilantissimo.

Dn. VVILHELMO Spangenberg/   
Fisci Cancellariæ Guelpherbitanæ patro-  
no meritissimo.

*Patronis ac fautoribus meis  
jugi observantia  
colendis*

Academicum hoc Exercitium  
Submissi animi indicem

*Devotè offero  
consecro*

IVSTVS Gldenbörger/ Hame-  
lensis.



Digestorum

PARS SEPTIMA

Adquam

Respondebit

IUSTVS. Oldenbörger/ Hamelensis.

LIBER XLV. Tit. 3.



Ræmissam libro præcedenti doctrinam generalem de obligationibus, subsequuntur iusto ordine ipsæ STIPVLATIONES, seu verborum OBLIGATIO, quæ nihil aliud est, quàm contractus iuris civilis, nominatus, verbis (præcedente nempe interrogatione & congrua statim subsequente responsione) inter præsentis initus, quo respondens interroganti obligatur ad dandum vel faciendum illud, quod daturum vel futurum promisit. I. 8. C. 28. 29. Ad constituendam autem huiusmodi verborum obligationem, licet ad minimum duæ requirantur personæ: tamen nihil prohibet, quo minus etiam plures ab utraq; parte accedant, qui *correi*, quasi consortes tum ejusdem stipulationis, tum promissionis vocantur. II. 8. C. 40. N. 99. c. 1. Neq; tantum liberi homines, verum etiam servi stipulari possunt, ita tamen, ut servus, etiamsi sit totius hereditatis, stipulationem illam domino suo acquirat: nisi factum aliquod personale in stipulationem sit deductum: cuius emolumentum licet domino quoq; acquiratur, tamen non dominus, sed servus ipse perficere factum in stipulationem deductum tenetur. III.

1. De verborum obligationibus

2. De duobus reis constituend.

3. De stipulatione servorum.

LIBER XLVI. Tit. 8.

Sicuti autem stipulationes huiusmodi cæterarum principaliū obligationū, mandatorum causa sunt adinventæ: ita etiam, & vel maximè ad obligandos eos, qui alienam obligationem

1. De fidejussoribus & mandatoribus.

K

gationem



- gationem fide sua esse jubet, nempe *fideiuss.* adhibentur. Est enim *fideiussor*, qui per stipulationem pro principali debitore, rogatu ipsius se obligat. Qui aliàs, si nempe absq; stipulatione mandet saltem alicui suo periculo credi, *mandator* appellatur. *I. 8. C. 4. N. 4. c. 1. caus. 3. q. 3. Ext. l. 3. t. 22.* Stipulationes huiusmodi constitutæ confirmatæq; *dissoluntur* rursus varijs modis, nempe: *Novatione*, quando illud, quod mihi ex aliquo contractu debetur, in novam stipulationem transfundo, ad id, ut prior obligatio perimatur, & ex novo hoc contractum mihi debeatur: *Videl. fin. C. h. t. Delegatione*, quando creditor id, quod sibi ex stipulatu à debitore debebatur, alteri cuidam promittere jubet, atq; ita eam obligationem, quæ antea ipsius erat, in alium transfert. *II. 8. C. 42. Ext. l. 3. t. 23.*
2. De nov. & delegat. *Solutione*, ejus nimirum, quod debebatur, reali ac legitimâ factâ præstatione: *Liberatione* alia quacunq; quæ vim & effectum solutionis habet, sicuti est: rei debitæ oblatio, depositio, consignatio: obligationum confusio: item quælibet alia satisfactio, sive pignoribus, sive alijs rebus fiat. *III. 8. C. 43. N. 4. c. 3.* *Acceptilatione*, qua illud quod ex stipulatione debetur, solenni debitoris interrogatione, & creditoris, debitum se accepisse cõfidentis, responsione, tollo: *vel etiam id quod ex alio contractu debetur, in stipulationem deduco, & acceptilatione simplici tollo, quale genus vocatur Aquiliana stipulatio.* *IV. 8. C. 44.* Postquam igitur in genere dictum est de stipulationibus, quomodo contrahantur & dissolvantur: subsequuntur jam quædam earum *species*, à Præatore introductæ, quarum præcipuè tres: *JUDICIALES*, quæ confirmandi iudicij causa interponuntur, veluti: *rem ratam haberi, iudicatum solvi, & ea quæ à novi operis nunciatione liberat: CAUTIONALES*, quæ rem constituunt cautiosem, ut: *cautio legatorum, rem pupilli salvam fore, damni infecti: COMMUNES*, quæ sunt iudicio sistendi causa. *V. Quæ pleræq; cum alijs locis incidentibus sint explicatæ, expediuntur hic saltem ea quæ supersunt: sicuti est, quando tutores rem pupilli, aut curatores adolescentis, salvam fore, ante susceptam administrationem satisdant: VI. Quando conventus in iudicio, cautionem iudicatum solvi de re iudicata solven-*
3. De solut. & liberat. *Acceptilat.*
4. De prætorijs stipulation.
5. Rem pupilli, salvam fore.
6. Iudicatum solvi,

329  
soluenda, re defendenda, & dolo malo ab futuro, præstare cogitur. VII. Item quando procuratores à se invicem cautionem: rem, quæ à procuratore, de cuius mandato nondum satis constat, agitur, ratam à domino litis haberi, satisfactionem exigunt. IIX.

LIBER XLVII. Tit. 23.

Iudicia civilia, à lib. 5. usq; ad præsentem 47. huc usq; explicata, rectè excipiunt CRIMINALIA, quæ de delictis coercendis, & damno inde nobis illato refarciendo competere diximus: sive quæ de CONTRACTIBVS INVOLUNTARIIS (uti delicta eleganter vocat Aristoteles.) instituuntur. Sunt autem delicta duplicia: Privata, & publica. PRIVATA sunt, quæ vindicantur ex privatis & forensibus actionibus, ab ijs, ad quos ea res potissimum spectat. I. Ea rursus sunt vel Ordinaria vel Extraordinaria. ORDINARIA, in quibus certa & civilis petendi iudicandiq; forma, ad certam pœnam est præstituta. Qualia sunt; primo: FURTVM, contractatio nempe fraudulosa rei vel usus ejus possessionisve, invito domino, lucri faciendi gratia. II. 6. C. 2. N. 134. c. 13. Ext. lib. 5. tit. 18. Cujus variæ species, veluti: si quis tignum alienum furtivè ædibus suis iunxerit, quo de datur actio, non quidem ad eum ipsum eximendum, & repetendum, (id enim L. XII. prohibet) sed ad præstandam ejus æstimationem in duplum. III. Si servus à domino in testamento liber esse iussus, post mortem domini, ante aditam tamen hereditatem, ex hereditate quid surripuerit aut corruperit, in quem licet jure civili non competat actio, tamen ex edicto prætoris in duplum post aditam hereditatem tenetur. IV. Si illi, qui naves, cauponas, stabula exercent, sive ipsi sive famuli eorum in reb; quas receperunt, furtum fecisse dicantur, tenentur in duplum. V. Si tota familia servorum furtum fecerit, liberatur dominus noxæ dando aut omnes delinquentes, aut tantam æstimationem pro omnibus offerendo, qualis aliàs à fure homine libero erat præstanda. VI. Si arbores, vites, arundines, salices, hederæ, furtim, clam domino cæsa, corticibus denudatæ, ramis privatæ, subsecatæ, aut cedendi causa ferro petitæ sint, datur actio in duplum ejus quod interfuit non cædi. VII.

8. Remrat. hab. & de ratihabit.

1. De privatis delictis.

2. De furtis.

3. De tigno juncto.

4. Si quis test lib. esse juss.

5. Furti ad nauticaup stab.

6. Si famil. furt fec. dic.

7. Arbor. furt. cæsar.

- di. VII. *Secundo Vis BONORVM RAPTORVM*, qua quis rem alienam invito domino, aut eo cuius interest, per vim dolo malo rapit. Quae actione tenentur etiam illi, quorum dolo malo in turba, multitudine perturbatorum hominum, quis quid amisit, aut aliàs damnum pertulit. *IIIX. §. C. 30. 33.* Item qui licet aliàs per vim nihil auferat, tamen ex incendio, ruina, naufragio, aliorum dolo vel casu factis, item *rate, nave, domo* ab alijs expugnata dolo malo quid rapuit, abstulit, recepit aut aliàs damnum dedit. *IX. Tertiò: INIVRIAE*, verba videlicet vel facta in contemptum, contumeliam & ignominiam alterius dolo malo prolata, facta. Quo pertinent etiam *famosi libelli*, ad infamiam alicujus scripti, compositi, editi, impressi. *X. §. C. 35. 36. Caus. 5. q. 1. Caus. 23. q. 2. 3. 4. Ext. lib. 5. tit. 36. VI. lib. 5. tit. 8.* *EXTRORDINARIA* sunt, in quibus ad certam poenam solenni modo, certa q; petitione non agitur, sed arbitrio iudicis puniuntur. *XI. §. C. 21.* sicuti est *crimen sepulchri dolo malo violati*, competens & in eum qui fecit, & magistratum qui fieri permisit, item qui cadavera punitorum tollunt, denudant: semimortuos aut necant, aut eos sibi commissos deserunt. *XII. §. C. 19. N. 60. c. 1. N. 115. c. 5. Concussionis*, quo quis iudicij, magistratus, alteriusve potestatis metu, aliove terrore, pecuniam extorquet. *XIII. Abigeatus*, quando pecora ex pascuis & armentis subtrahuntur. *XIV. §. C. 37. Prævaricationis*, quando quis, cui secretæ causæ judicialis commissa sunt, contrariam partem adjuvat, & causam prodit. *XV.* Eorum qui delinquentes in suo vel alieno *receptant*, causam occultandi præbent, aut cum eos apprehendere possint, accepta pecunia dimittunt. *XVI. §. C. 39. Fures* item *balnearij* qui in balneis publicis, nudis atq; aliud quid agentibus hominibus, surripiunt. *XVII. Effractores*, qui carcere effracto evaserunt: *Expilatores*, qui per vim vestimentis aut pecuniâ homines exuunt: *Saccularij*, ex sacculis alienis pecunias suppilantes: *Directarij*, qui in aliena coenacula furando animo se ingerunt. *XIIX. Expilantes*, seu spoliantes *hereditatem*, ante aditionem ab herede factam. *XIX. §. C. 32.* Et in genere quodcunq; crimen aliud privatum, sub *stellionatum* cadens,

177.  
Extraordinaria

8. Vibon  
rapt. & de  
turba.

9. De in-  
cend. ruin.  
naufragio.

10. De in-  
jur. & fa-  
mos. libel.

11. De extr.  
criminib.

12. De sepul-  
chro viola.

13. De con-  
cussione.

14. De abi-  
15. de præ-  
varic.

16. de rece-  
ptat.

17. de furi.  
balnearijs

18. de effr-  
& expilat.

19. Expil.  
hered.

di. VII. *Secundo Vis BONORVM RAPTORVM*, qua quis rem alienam invito domino, aut eo cuius interest, per vim dolo malo rapit. Quae actione tenentur etiam illi, quorum dolo malo in turba, multitudine perturbatorum hominum, quis quid amisit, aut aliàs damnum pertulit. *IIIX. §. C. 30. 33.* Item qui licet aliàs per vim nihil auferat, tamen ex incendio, ruina, naufragio, aliorum dolo vel casu factis, item *rate, nave, domo* ab alijs expugnata dolo malo quid rapuit, abstulit, recepit aut aliàs damnum dedit. *IX. Tertiò: INIVRIAE*, verba videlicet vel facta in contemptum, contumeliam & ignominiam alterius dolo malo prolata, facta. Quo pertinent etiam *famosi libelli*, ad infamiam alicujus scripti, compositi, editi, impressi. *X. §. C. 35. 36. Caus. 5. q. 1. Caus. 23. q. 2. 3. 4. Ext. lib. 5. tit. 36. VI. lib. 5. tit. 8.* *EXTRORDINARIA* sunt, in quibus ad certam poenam solenni modo, certa q; petitione non agitur, sed arbitrio iudicis puniuntur. *XI. §. C. 21.* sicuti est *crimen sepulchri dolo malo violati*, competens & in eum qui fecit, & magistratum qui fieri permisit, item qui cadavera punitorum tollunt, denudant: semimortuos aut necant, aut eos sibi commissos deserunt. *XII. §. C. 19. N. 60. c. 1. N. 115. c. 5. Concussionis*, quo quis iudicij, magistratus, alteriusve potestatis metu, aliove terrore, pecuniam extorquet. *XIII. Abigeatus*, quando pecora ex pascuis & armentis subtrahuntur. *XIV. §. C. 37. Prævaricationis*, quando quis, cui secretæ causæ judicialis commissa sunt, contrariam partem adjuvat, & causam prodit. *XV.* Eorum qui delinquentes in suo vel alieno *receptant*, causam occultandi præbent, aut cum eos apprehendere possint, accepta pecunia dimittunt. *XVI. §. C. 39. Fures* item *balnearij* qui in balneis publicis, nudis atq; aliud quid agentibus hominibus, surripiunt. *XVII. Effractores*, qui carcere effracto evaserunt: *Expilatores*, qui per vim vestimentis aut pecuniâ homines exuunt: *Saccularij*, ex sacculis alienis pecunias suppilantes: *Directarij*, qui in aliena coenacula furando animo se ingerunt. *XIIX. Expilantes*, seu spoliantes *hereditatem*, ante aditionem ab herede factam. *XIX. §. C. 32.* Et in genere quodcunq; crimen aliud privatum, sub *stellionatum* cadens,





eadens, id quod tum plerumq; fit, quando speciale aliud nomen seu titulus delicto deficit, veluti: si quis rem alteri obligatam, aut datam, dolo distraxerit: Si quis merces sup-  
 posuerit, corruerit. .XX. §. C.34. Sic crimen *termini* agro-  
 rum ( qui sanctus esse debet) *moti*, extra ordinem relegatio-  
 ne, verberibus, pro arbitrio coercetur. LXI. Imò & *colle-*  
*gia*, conventus & societates quolibet, à lege specialiter non  
 approbatæ, extra ordinem arbitrio magistratus puniuntur;  
 cum hujusmodi conventicula semper intelligantur suspecta,  
 improba, & inter intempestivas commestationes, libidines,  
 prætextu talium conventionum adversus statum Reipub. a-  
 liquid machinari. XXII.

10. Stellio.  
 21. de term.  
 mot.  
 22. de col.  
 leg & corp.

In hujusmodi igitur extraordinarijs omnibus, cum ar-  
 bitrium judicis ( quod in ijs prævalere diximus ) fit varium,  
 & pro varietate delicti variè, etiam usq; ad mortem exten-  
 di possit: fit, ut hæc judicia magis, quam ordinaria, ad pub-  
 lica accedant, & sint ut plurimum *popularia*, seu cuilibet de  
 populo competant, qui integræ sit existimationis. XXIII-

23. de popu  
 lar. actione.

LIBER XLIX.

*PUBLICA*

**P**UBLICA judicia sunt, quæ ex legibus populi Rom. publi-  
 cis, ad id specialiter latis, formulam & ordinem, de cri-  
 mine quodam agendi, pronuntiandi, & exequendi, recipi-  
 unt. I. **CONSTITVUNTUR** autem hujusmodi judicia per  
*accusationem* ut plurimum, deferendo videlicet reum criminis  
 publici ad judicem competentem, ad vindictam publicam,  
 & *inscribendo* semet ad pœnam talionis, si in probando defe-  
 cerit. II. §. C.1.2.6. *Caus.* 2. q.3.5.7.8. *Ca.* 3. q. 6.9.10. *Ca.* 4. q. 1. 2.4.6.  
*Ca.* 5. q.6. *C.* 6. q.1.2.3.4. *Ca.* 8. q.5. *Ca.* 20. q.7.8. *Ext. lib.* 5. tit. 1. VI. lib.  
 5. tit. 1. Quib. peractis, reus in vincula & *custodiam* publicam  
 conjicitur, aservandus ibidem, donec de crimine intentato  
 per absolutionem vel condemnationem constiterit. III. §. C.  
 3.4.5. N.139. c.9. Genera autem sine causæ, ex quibus hæc ju-  
 dicia constituuntur, certis sunt à populo Rom. legibus defi-  
 nitæ, veluti est: *Lex Juliae Maiestatis*, quæ illum, qui hostili  
 animo quid contra statum Reip. ejusq; caput, summam  
 nempe majestatem, machinatur, ultimo supplicio, publica-  
 tione

1. de publ.  
 jud.  
 2. de accus.  
 & inscript.  
 3. de custo.  
 & exhi. re-  
 or.  
 4. AdL. Iul.  
 majestatis.



1. Ad L. Iul. de adulter. tione bonorum, & damnatione memoriae coercet. *IV. 9. C. 7. 8. Ext. lib. 5. tit. 26. Lex Julia de adulteriis coercendis*, quæ alienæ matrisfamilias corruptores, ut & quælibet alia supra, legitimis pœnis prosequitur. *V. 9. C. 9. 10. 11. 13. N. 77. 117. c. 8. c. 15. N. 134. 141. 143. Ca. 16. q. 6. C. 23 q. 5. C. 34 q. 1. Ca. 36. q. 1. 2. Ext. lib. 5. tit. 16. 17. Lex Julia, de vi publica*, coactis videlicet armis commissa, quæ deportatione, interdum etiam capitali supplicio coercetur. *VI. 9. C. 12. Lex Julia, de vi privata*, sine armis commissa, quæ publicatione tertiarum partium bonorum vindicatur. *VII. 9. C. 12. Lex Cornelia de sicariis*, quæ homicidas gladio punit, *veneficiis, incendiis* dolo commissis: quorum autores gladio, aut ut plurimum ultricibus flammis tolluntur. *II. 9. C. 16. 18. Ca. 26. q. 1. 2. 3. 4. 5. Ext. lib. 5. tit. 12. 13. 21. VI. lib. 5. tit. 4. Lex Pompeia de parricidis*, quæ eadem parentum, & omnium, qui hoc nomine veniunt singulari supplicij genere vindicat: ut nempe parricidæ culeo unâ cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, insuti, in mare projiciantur: ut vivi omnibus elementis carere incipiant, quod sustulerint eos, quorum beneficio hanc lucem & omnia elementa aspexerunt. *IX. 9. C. 17. Ca. 23. q. 2. Ca. 33. q. 2. Ext. lib. 5. tit. 10. Lex Cornelia de falsis*, in moneta, nominis mutatione, & multifariam alijs modis commissis: Simile item huic *SC. Libonianum*, de advocacionibus, testimonijsve, ad opprimendos innocentes corruptis: qui omnes interdum gladio, interdum alio modo pro ratione delicti arbitrariè puniuntur. *X. 9. C. 22. 23. 24. 25. Ext. lib. 5. tit. 20. Lex Julia, repetundarum* earum pecuniarum causa lata, quæ in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico, per injuriam acceptæ, retentæq; sunt: præstitutâ insuper pœnâ extraordinariâ. *XI. 9. C. 27. Lex Julia de annonâ*, extra ordinem, etiam usq; ad mortem animadvertens in eos, qui navem, nautamve, frumenta &c. retinuerint, aut aliud quid fecerint, quo annonâ carior fieret. *XII. Lex Julia peculatus*, deportatione aut graviori etiam supplicio afficiens eos, qui rem quamvis publicam, quovis modo dolo malo auferunt; *Sacrilegos* quoq; , qui rem sacram vel religiosam furantur, extra ordinem coercens: *Item de*

rem de residuis, puniens eos, qui publicam pecuniam, in usum aliquem delegatam retinuerunt, neq; in usum eum insumpserunt. XIII. Lex Julia, animadvertens in ambitum eorum, qui in petitione magistratus aut sacerdotij suffragia mercede conduxerunt, aut etiam, qui antequam rationes administrationis reddiderint, eadem officia repetunt & continuant; deportatione, relegatione, aut alia poena. XIV. 9. C. 21. 26.

14. Ad L. Jul. ambit.

Lex Fabia, coercens arbitrariè plagiarios, qui πλαγίως seu dolosè, sine vi, hominem liberum invitum abducunt, emunt, vendunt aut supprimunt: vel servum alienum sine vi abducunt dolo malo, fugã ei persuadent, aut fugitivos celant. XV. 9. C. 20.

15. De Leg. Fab. de plagiar.

SCtm Turpilianum, poenam talionis aut aliam extraordinariam statuens in eos, qui per calumniam falsa crimina in judicio intendunt, aut per pravaricationem & collusionem cum adversario, vera crimina abscondunt, aut abolitione non petitã ab accusatione intentata desistunt. XVI. 9. C. 42. 43.

16. Ad SCtm. Turpil.

45. 46. Ext. lib. 5. tit. 2. 22.

Hujusmodi igitur judicia publica omnia & singula, legitimo ordine & modo debent peragi, ut videlicet ante omnia reus ABSENS requiratur, bona ejus annotentur, & ipse quandoq; ob contumaciam damnetur. XVII. 9. C. 40. N. 134. c. 5.

17. De requir. vel abs. damn.

PRÆSENS verò, si neget facinus, aut idoneè probationibus, luce meridianã clarioribus convincatur, aut propter legitimam & sufficientiam indicia quæstioni seu torturæ subiciatur.

18. De quæstion.

XIII. 9. C. 41. Ca. 15. 9. 6. 8. 9. Et postmodum secundum probationes factas vel non factas, confessionem item in tortura fecutam, & post eam non coactè repetitam, aut absolvatur, aut pro meritis poenis subiciatur. XIX. 9. C. 47. N. 134. c. 13. Ca. 23. 9. 5.

19. De poenis.

Ext. lib. 5. tit. 9. 36. 39. VI. lib. 5. tit. 9. Clem. 5. tit. 8. Ejusq; damnati bona (hodiè sub distinctione) publicentur. XX. 4. C. 49. qualis bonorum publicatio etiam in ijs locum habet, qui post institutam accusationem de eo crimine, ex quo bona fuissent adimenda, ante sententiam mortem sibi consciverunt, aut corrupto accusatore diem obierunt. XXI. 9. C. 50. Non autem contra eos, qui aut relegati, aut deportati, aut quibus certo cuidam loco interd-

20. De bonis damnatis.

21. De bonis cor. qui ante sentent.

Etum est. XXII. Hujusmodi autem poena omnes ferè regulas

22. De interd. & rel.

L

riter



23. De sent. pass. & restit.

24. De cadav. puniter.

1. De appellat. & relation.

2. Quib. appell. lic.

3. Quis à quo appell.

4. Quand. appell.

5. De appell. recip.

6. De libel. di miss.

7. Nih. innov. appell. interp.

8. Quæ sent. sine appell.

9. An per aliū caus. appell.

riter usq; ad vitam durant, nisi ex singulari Principis gratiâ remissionem pœnæ, & quandoq; etiam restitutionem bonorum, famæ ac honorum, impetrent damnati. *XXIII. q. C. 51.* Post mortem autem ex pœna subsecutam, cessant, adeo, ut qui cadavera defunctorum temerè violant, ijsq; digitos ad usum furti, incantationis &c. abscindunt, arbitrarie puniantur. *XXIV.*

LIBER XLIX.

**O**mnibus autem hisce judicijs *civilibus & criminalibus*, à *lib. 5. usq; ad hunc locum*, explicatis, commune est beneficium **APPELLATIONIS**. quo illi, qui per sententiam à iudice sive iniquè sive imperitè latam, se læsum putat, potestas conceditur, ad superiorem obtinendi iuris sui gratia, appellandi seu provocandi. *I. 7. C. 61. 62. 67. & seqq. Ca. 2. q. 6. Ext lib. 2. tit. 28. VI. lib. 2. tit. 15. Clem. lib. 2. tit. 12.* Qualis appellatio ab omni omnino iudicium ( non tamen arbitrarium ) sententia regulariter fieri potest. *II. Idq; ad immediatè seu proximè superiorem. III. N. 113. c. 1. N. 23. c. 2.* Intra decem dies à lata sententia seu die scientiæ computandos. *IV. 7. C. 36. N. 23.* Et recipiuntur quidem regulariter huiusmodi appellationes ritè interpositæ à superiore, exceptis quibusdam causis, veluti: *si appellans iuri suo renunciaverit: si ob contumaciam condemnatus sit: si propter delictum ex propria confessione damnatus sit.* *V. 6. C. 65. N. 82. c. 12. 13. Ca. 2. q. 6.* Interpositâ autem appellatione, est appellantis, intra 30. dies apostolos dimissorios, quibus causa ad superiorem mittatur, à iudice à quo petere, quos iudex in qualibet causa petenti non denegare. *VI. & interim pendente appellatione, nihil omnino innovare, sed omnia in eo statu relinquere debet, quo erant tempore interpositæ appellationis, quoad de causa appellationis constiterit. VII. 1. C. 21. Ext. lib. 2. tit. 16. VI. lib. 2. t. 8. Clem. lib. 2. tit. 5.* Interdum tamen appellationem interponere non est necesse, veluti, cum sententiæ sunt ipso iure nullæ, ut propterea nulla rescissione opus habeant. *VIII. 7. C. 48. 56. 57. 58. 60. 64. 10. C. 9.* In prosecutione autem appellationis coram superiore facièda, omnino debet appellans deducere rationes suas, iisdemq; evidenter demonstrare.

monstrare, quare priore sententia se gravatum, atq; eandem retractandam esse existimet: id quod non tantum ab ipso appellante, verum etiam alio ejus nomine fieri potest, nisi sit talis causa, quæ per alium peragi nequeat. IX. N. 23. c. 1. *I- ta tutor, curator, magistratus*, appellationis suæ, quam à creationis suæ decreto interposuerunt, rationem exactam reddere tenentur: quam si non probaverint, tum omne damnum, quod post appellationem eveniet, ipsorum erit periculo. X. Neq; tamen minus hujusmodi appellans, in alijs causis, etiam si appellationis causâ ad superiorem profectus sit, conveniri, per alium tamen tanquam absens defendi, XI. nequaquam vero judicem à quo, tanquam suspectum, in alijs causis recusare, sed coram eo ad comparendum & agendum compelli potest. XII. Quæ omnia quoq; locum habent, licet appellatione pendente appellans moriatur, modò ipsi heres extiterit, aut heres appellationi inhæserit, non vero ei renunciare maluerit. XIII. 7. C. 66.

10. Si tut. vel cur. vel magi.

11. Eum qui app. in prov. def.

12. Ap. eum à quo app.

13. Si pend. appell. mors in

14. De ja. re fisci

15. De cape. & postl. rev.

16. De re milir.

17. De castr. pecul.

Restant judicia EXTRAORDINARIA, de quibus nempe *extra ordinem* jure quodam singulari, absq; spe prouocationis aut appellationis jus dici solet, veluti sunt, *Primò: CAUSAE FISCI*, de bonis vacantibus vel aliâ ratione ad fiscum pertinentibus, privilegijs item varijs modis fisco competentibus. XIV. 7. C. 73. 9. C. 48. 10. C. 1. & seqq. *Secundò: CAUSSAE eorum*, qui ab his gentibus, quibuscum nobis nec fædus, nec societas, neq; hospitium est, CAPTI sunt, ut nempe reuerfi, aut λύτρω redempti, omnia bona & jura, postliminij jure recuperent. XV. 8. C. 51. *Tertiò: causæ REI MILITARIS*, nempe: *Vt omnes regulariter cives ad militiam cogi possint: Vt tum demum quis dicatur miles cum in numerum relatus est, & sacramentum prestiterit: ut militum delicta tam communia quam ipsorum propria, contra disciplinam militarem sive segnitiam sive contumaciam commissa, legitimè coërceantur: XVI. N. 130. 116. Ca. 23. q. 1. 2. 3. 4. 8. Vt bona militum castrensia, ea nempe, quæ nisi militasset, acquiraturus non fuisset, peculiaria habeant privilegia: XVII. Vt veterani, qui exacto militiæ tempore honestè missi sunt, immuni-*

12. de veter. privil.

*tatem habeant à muneribus, iisdemq; fruantur honoribus & privilegijs, quibus decuriones. XVIII.*

1. Ad municip. & de incol.

2. de decurion. & fil. cor.

3. de albo scrib.

4. de muner. & honor. 7. de vacat. & excus. mun.

5. de jure immun.

6. de legation.

7. de admin. rer. ad civit. pert.

8. de decret. ab ord. fac.

9. de oper. publ.

LIBER I.

**Q**uartò: *Causa Municipiorum*, civiumq; *municipaliu*, & qui his annumeratur, sive in municipijs domicilia tantu habent, nempe *incolarum*, de quibus juxta legem municipalem, seu municipij istius propriam jus dicitur. *I. 10. C. 38. 39.* Sicuti autem Resp. Romana à Senatu & Consulibus: ita municipia à *decurionibus* & duumviris ibidem electis reguntur: quorum propterea singularia & multa privilegia, quæ in *liberos* eorum transmittuntur. *II. 10. C. 31. & seqq.* Quorum decurionum nomina in *albo* seu tabula publica *scribi* solent, eo ordine, quem admodum in lege municipij præceptum fuerit, & quem ordinem in dicendis quoq; sententijs, seu suffragijs ferendis, observare debent. *III.* Creantur etiam ex illis magistratus in civitatibus: neq; per alios, quam qui ex decurionum ordine sunt, civitatum munera onerosa, dignitatis expertia, explicantur: neq; alijs honores (seu administratio Reip. cum dignitatis gradu) mandantur. IV. 10. C. 40. 41. Qualia munera necessario sunt obeunda illi, cui imponuntur, nisi *vacatione* gaudeat, & ab ijs *vel propter excusationem* ob causam quandam legitimam factam. *V. 10. C. 44. 47. & seqq.* *Vel aliàs ipsi iure* absque ulla aliqua *excusatione*, *immunis* sit: forte propter indulgentiam Principis, aut quod natura ita comparatus sit, ut muneribus expediendis non sit idoneus. *VI.* Qualiter est in *legatis*, publicè ad expedienda Reip. negotia missis, qui non modo in ipsa legatione, sed biennio etiam post, vacatione gaudent. *VII. 10. C. 36.* Quintò: Causa Administrationis rerum ad civitates pertinentium: ut nempe, si vnus illi non sufficiat, in plures dividatur: ceteraq; quæ pertinent tam ad officium quam periculum administratorum. VIII. 8. C. 13. 11. C. 30. Quò spectat, quod hujusmodi *administratores* (sicuti etiam *decuriones*) de rebus ad officium suum & salutem municipij pertinentibus, *decreta*, *ordinis* sui communi vel majoris partis consensu *facere* possint. *IX. 10. C. 6.* Sextò: De Operibus Publicis, sive *novis* suo sumptu constituendis: sive *veteribus*, autoritate

ritate superioris reficiendis: nulloq; ipsis titulo aut nomine, nisi Principis, aut ejus cujus munificentia facta sunt, inscribendo. X. 8. C. 12. *Septimo*: DE NVNDINIS, vendendarum & emendarum rerum causa à Principe constitutis, earundemq; privilegijs. XI. 4. C. 60. 63. *Octavo*: DE POLLICITATIONIBVS, seu nudis & spontaneis promissis, etiam ab absente, & nemini acceptanti factis, quibus quis benignè Reip. se facturum pollicetur. XII. Et in summa de omnibus aliis iisdemq; variis causis, de quibus non jure magistratus ordinario, sed extra ordinem cognitio solet institui, veluti, de medicis, professoribus, obstetricibus, patronis, salariis, iudicibus qui litem suam fecerunt, de damno publicè per universitatem dato. XIII. De proxenetis seu munusculis, quæ proxenetis, conciliatoribus conventionum & contractuum dari solent. XIV. De censibus, tributis seu pensionibus, quæ in recognitionem dominij seu jurisdictionis & in defensionem Reip. fisco Principis inferuntur. XV.

11. de nud. dinis.

12. de pollicitat.

13. de var. & extr. cognit.

14. de proxenetis.

15. de censibus.

Atq; ita se habet universa structura nostræ jurisprudentiæ, quæ negotiis seu actionibus hominum civilibus quibuscunq; ipsam *institiã* per legitima *media* introducit. In cujus præceptis pernoscendis ut omnis omninò sive difficultas sive etiam hallucinatio (quæ plerumq; exterminis & principis disciplinæ haud probè intellectis provenire solet) præcaveatur, additur colophonis loco explicatio, *primò* quidem terminorum seu principiorum incomplexorum, *verborum* nempe multis juris articulis communium. XVI. Ext. lib. 5. t. 40. VI. lib. 5. tit. 12. Clem. 5. tit. 11. *Secundo* principiorum complexorum, seu propositionum & regularum quarundam, quarum in tota disciplina pluribus in materijs usus admodum necessarius. XVII. Ext. lib. 5. tit. 41. VI. lib. 5.

16. de verb. signif.

17. de Regul. juris.

tit. 13'

L3

QVAE

QV AESTIONES CONTROVERSAE.

Ad lib. XLV.

**I**N faciendi stipulatione, præcisè factum præstandum non est, sed sufficit si præstetur interesse.

Promittens curaturum, ut alius det vel faciat, tenetur vel ad effectum vel ad interesse.

Stipulatio scriptis inter presentes contrahi non potest.

Ad lib. XLVI.

Fideiussor qui in maiorem summam, quam principalis debebat, fideiussit, ne quidem in eam, quam principalis debebat, tenetur.

Pluribus fideiussoribus tanquam correis debendi, pro uno debito constitui promissis, si unus eorum, spe & intuitu cæterorum, promiserit, reliquorum autem promissio non subsequatur, ne quidem priorem illum obligatum esse putamus.

Ad lib. XLVII.

Furti pœna hodierna, nempe laquei, non adversatur iuri divino.

Rapina non est mitior de iure civili pœna constituta, quam furto.

Excipiens contra testes in iudicio, quod sint falsarii, infames, improbi, criminosi &c. non tenetur actione iniuriarum.

Ad lib. XLVIII.

Crimen lese maiestatis certo respectu contra Pontificem Romanum etiam hodie committi, verius.

Ad accusandum ex L. Iul. de adult. etiam extranei admittuntur.

Ordinaria homicidij pœna tenetur, qui, cum Titium interficere vellet, Seium occidit.

Pater captus ab hostibus, & ni certam pecunie summam

ex-



exsolverit, occidendus, potest conquirenda istius pecunie causa  
filium distrahere, si aliunde eam acquirere non possit.

Ad lib. XLIX.

Iura appellationum statuto in totum non possunt tolli, sed  
saltem limitari.

Propter contumaciam condemnatus non appellat. Quid  
si propter contumaciam procuratoris condemnatus sit? Et ipsum  
repelli putamus.

Trino iudicio superatus non appellat. Quid si uterq; &  
actor & reus binas habeat pro se latis sententias confirmatori-  
as, quis preferetur? Putamus eum, pro quo prima fuit lata.

Reiterationis beneficium iuri civili incognitum.


Ad lib. L.

Civitates municipales regalia nec habent, nec habere pos-  
sunt.

Civitas municipalis non potest facere statutum, ut nobiles  
in ordinem decurionum legi non queant.

Professores & Doctores ceteri, à tributis & oneribus tam  
personalibus quam patrimonialibus omninò sunt immunes,

F I N I S.





00 A 6414


ULB Halle 3  
002 928 094  


12

1017








B.I.G.

Farbkarte #13

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue



OPPSIS

DISPOSI-

rum & singulorum  
ris Civilis comprehen-  
am.

*re Novellis & omni iu-  
dectarum corresponden-*

*s,*  
tulis controversas quas-  
nes exhibens.

*ii gratia SS. Ll. stu-  
is.*

cad. IULIA

explicationi annexa &  
osita

wartzkopff/ I.V.D.

STADI,  
ACOBI

255.  
257.

